Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commetarius in materiam de peccatis in decalogim et 5 praecepta ecclesiae - Cod. Ettenheim-Münster 182

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[S.l.], 1642

Commentartus in materiam de pecatis in degalogum et [...]

urn:nbn:de:bsz:31-117390

Visual Library

Commentarius in materiam de peccatis in decalogum et quinque praecepta ecclesiae

Disputatio i de statu et natura peccati in communi eiusque annexis

Certo et ut ego quidem sentio sapienti consilio praemittimus hanc materiam de peccatis in universali explicationi peccatorum contra decalogum et praecepta ecclesiae ut pote quorum intelligentia ex notitia peccati in communi tanquam ex aliorum omnium fundamento et radice derivatio. Disputant a. de pecca: et vitiis in genere Theologi lib: 2 sent: dist: 30 usque ad finem DD. angelicus in prima 2dae per novendecim qq. a questione 71 usque ad 89 Caietanus Italii thomista ibidem Navar: tomo 3 maiorum operum in distione 4 et 4 quinta de poenitentia per totum et adhuc aeternus tomo 3 de merito, et pecca: praeludio 7 et emanuali praeludio 7 8 g. Sylvester verbo peccatum et verbo praeceptum et Jacobus de Graphis libro i aurearum decisionum cap: 14 Moster Tole: lib. 3 instructionis sacerdotalis Belemus tomo 3 contro: lib: 1 Valentia tomo 2do disput: 6 generatim. Joannes azor in suis institutionibus moralibus lib: 4. petrus bisfeldius in enchiridio parte 2da usque caput 7 Classis prima

Quaesitum primum quid sit pecca: Reperio apud alios atque alios DD varias pecca: descripti: quarum poene singulae aliquem vel nonnum habent vel difficultatem quare duas duntaxat ponam optimas et receptissimas 1 sit S. August. libro: 22 contra Faustum cap: 27 peccatum est dictum vel factum vel concupitum

G B BIBLIOTHEK

contra legem aeternam lex autem aeterna quid sit statim subiungit cum dicit est ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari iubens perturbari vetens. quod si dicas desiderari par in hac D. Augustini particulam (voluntarium) pecca: n. usque adeo voluntarium esse debet eodem tecte libro de vera Religione cap. 14 ubi si voluntarium non sit pecca: non sit Respondet ~~ut~~ doctissime ut solet Belaminus Lococitato libri cap. 1 particulam hanc facilime colligi ex aliis aliis particulis et maxime ex illa contra legem quia proprie loquendo nihil est contra legem nisi id quod voluntarium est neque lex ~~illa~~ proprie praescribitur nisi habentibus usum liberi arbitrii

Altera et Theologis probatissima definitio pecca: haec est peccatum est defectus voluntarius perfectionis quam praescribit homini divina et aeterna lex tanquam necessaria ad ultimum finem quod est beatitudo post hanc vitam consequendum. explico singulas particulas breviter Dicitur peccatum 1. defectus quia duo sunt in pecca: unum est actio aliqua quae in peccatis saltem commissionis semper est cum peca: quincta et hanc vocant scholastici materiale peccati: alterum (quod ipsi formale peccati appellant) est defectus vel privatio rectitudinis debita inesse actui 1. quam actio quae a nobis exercetur deberet habere et hic defectus privatio deformitas vel ut loquitur Navarrus praeludio 7 n. 20 fortunitas inordinatio proprie per se malum et peccatum est et ideo a SS patribus vocatur nihil sic explicat S. Aug: illud Joannis 1 sine ipso factum est nihil 1. peccatum est sine Deo factum 2do dicitur ~~voluntas~~ Voluntarius causa huius attulimus ex Berle: et S. Aug. Nam omnis nostra

actio ad hoc ut sit peccatum debet necessario a voluntate procedere. Hinc natum est illud cōe Theologorum omne quod in nobis fit si in nostra voluntate sit, nec ab illa pecca: nō est unde cogitationes, blasphemiae, contra fidem Deum sanctos turpes item et sordidae imaginationes. similiter motus carnis etiam usque ad emissionem seminis. et id genus infinita nisi voluntas adsit aut conscensum praebeat peccatum non sunt imo sunt materia et semen meriti si post quam tales cogitationes advertuntur, repellantur. Dicitur 3tio Divina et aeterna lex non significat haec particula certam aliquam et determinatam speciem legis aliquam haec definitio non comprehendere omnia peccata sed comprehendit etiam legem naturalem et humanam quatenus scilicet quicquid contra naturalem aut humanam legem est illud et sit contra legem aeternam utpote quae legibus naturalibus et humanis iustis parere docet. reliquae particulae ex seclarissimae, expositione nō egent

Quaesitum ~~[illegible]~~ rationem quod peccatum genus ad Theologum moralem potissimum spectet et quae eius sit definitio.

Sciendum est quod cum allata et explicata peccati definitio communis sit omnibus peccati generibus s. tam originali quod a primo parente in omnes et singulos transfunditur. habituali quod remanet etiam post praeteritum actum peccati, quam actuali: ad Theologum moralem solum hoc ultimum peccatum pertinere actuale scilicet quod ut diximus consistit in defectu actualis perfectionis, quam deberet habere illa actio ~~quam~~ dum quam exercemus ac proinde cum de hoc solo nostra deinceps futura sit disputatio videndum iam

Definitio peccati actualis

quid nam illud sit et R. peccatum actuale esse defectum voluntarium voluntate propria et personali perfectionis actualis quam lex aeterna immediate et primario praescribit tanquam necessaria ad ultimum finem post hanc vitam consequendum ex qua definitione multae peccatorum differentiae aequivunto ut inferius videbimus

Quaesitum Tertium

An sit de essentia peccati contra legem aeternam ita ut si nulla esset lex aeterna nullum esset etiam peccatum

lex sumi

Pro quaestionis intelligentia nota legem dupliciter posse sumi primo pro praecepto quod alicui intimatur et est proprie lex et dici solet imperativa 2do pro quacunque regula nostrarum actionum dictante aliquid esse agendum vel non agendum talis est ratio humana et divina quae improprie lex est et dici solet indicativa

si nulla esset lex humana nec divina quae tamen sunt mala adhuc sunt

Dico primo cum communi omnium sentent. Theolo excepto uno Gersonez parte alphabetica litera f quaedam peccata ita esse mala ut etiam si nulla nec esset nec unquam fuisset lex humana vel divina obligans adhuc tamen essent mala huiusmodi sunt peccata illa quae dicuntur prohibita quia mala non vero contra mala quia prohibita ut est mendacium odium Dei et caet. probatur conclusio quia si nullus actus esset in trinsece malus posset Deus mentiri se ipsum odisse et similia peccata committere quae intime pugnant cum eius bonitate divinitate et veritate nam si haec non potest facere Deus certa non est alia causa nisi quia sunt in se mala et peccata

Dico 2do si nulla esset lex nec primo ne 2do modo tunc nullum esset peccatum: probatur quia peccatum dicit deordinationem à lege seu regula sua ergo ubi nulla regula et lex nullum quoque peccatum 2do pro: quia peccatum debet esse contra rationem et sublata lege I et 2do modo nulla amplius esset ratio ergo nec ullum peccatum

Quaesitum quartum an quodlibet peccatum sit offensivum Dei hoc ipso quod est quod aliqua rationem sive naturalem sive supernaturalem

R cum D. Thomas in prima 2da q. 71. a. 6 quod sic patet I ex Scrip: in lib: sapientiae 13 et cap. 1 ad Romanos ubi gentes quae peccarunt contra legem naturalem dicuntur etiam peccasse contra Deum. 2do recta ratio humana habet pro fine Deum in quem dirigere debet omnes suas actiones ergo quando aliqua actio est contra aliquam rationem necesse est ut sit etiam contra Deum cum ipse sit finis ultimus humanarum ~~actionum~~ actionum in quem cum peccatum referri non possit ~~ut peccans~~ virtute et interpretative auferat ~~ab eo~~ à Deo hoc ipso quo peccat dignitatem ultimi finis. petes si quis sciret actum aliquem esse contra rectam rationem et tamen invincibiliter ignoraret esse Deum ut forte fuerunt aliqui ex ethnicis esset ne peccatum illud contra Deum R esse quia satis est ad peccatum: ut ex sua natura sit malum et voluntarium et cognoscatur esse contra rectam rationem non a. requiritur scientia ut ab operante referatur ad Deum ex data doctrina solvitur illa quaestio quam proponit D. Thomas in q. 71 a. 3 An peccatum sit contra naturam et R cum eodem I affirmative est quod natura et ratio est quia est quod recta rationem recta a. ratio est natura hominis sicut est quod omnis virtus dicitur esse secundum naturam non quod eam naturaliter ratio praescribat sed quod sit illi

consentanea R 2do q qdã uitia dicantur peculiariter q naam
~~2do R q~~ id ~~[illegible]~~ non e inde q non oia sit q naam
sed inde q qdã sit q non tantu sunt q recta ratem
sed et q naturale inclinationem totius hois eiusq recta
institutione et usu no tatu ut ho e sed ~~et~~ et ut ~~ho~~ e
animal talia sunt enormia qdam scelera ut sodomia, occi
sio sui ipsius, crudelitas, tyrannis et similia R 3tio
nihilominus peccata posse dici naturalia secundu quid
tum qa sunt actus et habitus a uoluntate eliciti ergo
no possunt omino ee q ipsius naam et inclinationem
tam qa ob inclinationem appetitus sensitiui et fragili
tate humana naa facile patrantur praesertim de=
prauata iam et p peccatu debilitata naa tu qa uitia
cu uersentur circa bona sensibilia q magis mouent q spi
ritualia no habent annexa difficultate q habent iuc
tutos qua sunt in arduo

Quaesitum quintum an ide sit peccatu uitiu culpa, crimen delictum et iniquitas.

R hanc uoce peccatu posse 2 modis sumi primu ample
et quasi generice et tunc comprehendit subse oes alias
praedictas uoces et tunc qsequenter omne crime culpa
iniqtas delictu poterunt dici peccatu sed no q 2do
potest sumi nome peccatu stricte seu ut in scholis
loqmur in suo significato formali et tunc hoc e inter
dictas uoces discrimen nam peccatu et culpa signi=
ficant tantu actu f id unde quis e et dr peccans
quasi actualiter uitium a ~~tam~~ dr tamde

actibus quibus habitibus unde homo est transacto actu peccati
dicitur vitiosus. aliud inter haec ponunt discrimen iuris
periti ut scilicet peccatum dicatur cum quis mala quidpiam
operatur in committendo sed tamen malum illud est eius modi ut
in foro externo non sit accusabile ut ubi gratia eumque
deliberate cogitat furari delictum vero consistit in negligendo vel
est dicitur id quod fit ex ignorantia crimen vero dicitur omnis
mala operatio quae in hoc vita potest accusari et puniri
ita definitur in capite Apostolis dist octogesima prima
et docet Joannes Azor tomo I q I Graphius lib. I n 2 aurearum decisionum

Classis 2da de peccatorum distinctione seu differentiis quaesitum 6tum quae sunt peccatorum differentiae

Scholasticus cum D Tho in I 2da q 72 varias recensere nobis satis est nobiliores duas prosequi Ergo desumitur a lege seu praecepto et hac ratione dicuntur alia peccata commissionis alia ommissionis de qua divisione mox fusius 2da differentia pecca. sumitur ex ipsarum culparum gravitate seu ex reatu poenae quae peccantes consequuntur sic aliud pec: dicitur mor: aliud veniale id plane avertit hominem a summo bono quod est Deus et mancipat illum aeternis poenis hoc vero non avertit a Deo sed tantum impedit nonnihil cursum a Deo prius quod appellat S Augusti. ca. 64 enchiridii crimen posterius peccatum ubi dicit Justos sine crimine vivere sine peccato vero vivere non posse. mitto hic alias differentias ut illam quae sumitur ex obiectis unde alia peccata dicuntur carnalia, alia spiritualia cum vero res in qua in ordinate feriuntur aut est bona sensu perceptibilis ut est

cibus potus ycubitus aut ratione seu intellectu ut e
honor gloria divitias potestas priora peccata reddunt
nos similes bellvis posteriora dæmonibus et illa
dicuntur latine flagitia hæc ~~fa~~ scelera vel facinora
ut recte advertit Bele: lo cit. cap 2do mitto et illa
dinctione q ducitur ab origine et sic alia dicuntur pec-
cata actualia alia originalia illa propria volunta-
te committuntur hæc aliena quale e peccatu originale
sed ut dixi nos ea duntaxat ordinate explicabimus quæ
ad duas priores species pertinent et incipiemus a pecca-
to commissionis et omissionis.

Quæsitum septi: q sit discrime inter peccatu commissionis et omissionis

Maioris claritatis caa supponendu e quod licet
in peccato omissionis semp vere interveniat aliqs
actus sive interior ut si qs positive nolit audire
sacru die festo vel exterior ut si qs eo tempore ludat
potitet et cæt. tn ille actus no e necessarius ad peccatu
omissionis incurrendu na ut recte docet Navarrus
præludio 6 n q tria tantu requiruntur et sufficiunt ad
peccatu omissionis. I q qs possit aliqd facere 2do q
debeat facere et tertio q no velit negative tantum
s. neqz velit neqz nolit positive sed simpliciter relinquat
hoc posito Ina differentia inter hæc duo pecca: q
peccatu omissionis dr ee q ~~præceptu negat~~ proprie præceptum aliquod affirmativu
violat.

Commissionis n. q. praeceptum negat ut notat ex cōi
tol. lib. 3. cap. 2do quod ut recte intelligatur nota q licet
sub oī praecepto negativo contineatur etiam aliquod affir-
mativum ut sub isto verbi gra: nō occides comprehen-
ditur consequenter illud succurres proximo in extrema
necessitate et q. et sub praecepto affirmativo aliquod
negativum ut sub isto honora patrem et matrem continetur
illud negativum nō maledices patri et matri atque adeo q. peccat
q. negativum peccat et q. affirmativum ~~et vicissim~~ tn
qa primaria legislatoris intentio est in praecepto
negativo constituendo ut aliquid nō fiat et consequenter
aliquid aliud fiat ideo qs dr peccare q. affirmativum vel
negativum aliquod praeceptum quatenus peccat q. primariam
intentionem legislatoris. Oē ergo peccatum omissionis
immediate repugnat alicui praecepto affirmativo ut
nō audire sacrum immediate repugnat huic diem
sabbathum sanctifices sicut et q. omnis commissio verbi gra.
homicidium adulterium immediate repugnat praeceptis negativis
nō occides nō moechaberis. Secunda differentia inter
haec duo ex priori sequitur q. scilicet peccata omissionis
alicuius boni nō tam gravia censentur q. peccata commissi-
onis alicuius mali illi bono contrarii est n. in commissione maior
~~deformitas~~ deformitas ut patet in eo qui nō iuvat
morientem.

Quaesitum octavum an peccatum com-
missionis et omissionis differat in viam
specie seu an constituant distinctas species
peccatorum ~~mor~~

Mouet hanc quaestionem D. Tho: q. 72 a. 2 et cum diffi
cilis sit digna est qua accurate discutiatur.
Ergo commissionem et ommissionem interdum differ
re specie interdum non explico utrumque I quando com=
missio et ommissio opponuntur eidem uirtuti et eodem plane
modo uel quia idem est quando uersantur circa eandem materiam sub
eadem ratione formali seu ut loquitur D. Tho. sub eodem moti
uo tunc non differunt specie. exempli causa rapere aliena
et non restituere aliena peccatum ommissionis non differunt specie
quia habent idem obiectum et materiam circa quam uersantur et
opponuntur eidem uirtuti scilicet iustitiae.
Secundo cum commissio est bona, ommissio uero illi opposita
mala, differunt specie ut reddere cuique quod suum est et
non reddere ratio est quia actus bonus et malus necessario
debet differre specie. Tertio quando omissio et commissio
sunt quidem circa eandem materiam sed sub diuersa ratione for=
mali tunc et differunt specie ratio est quia opponuntur
diuersis uirtutibus quae habent diuersa obiecta formalia
Ubi gratia occidere homicidio et permittere perire pau
perem constitutum extrema necessitate cum subuenire po=
test, et sunt peccata distincta quia primum est iustitiam
secundum ~~actus ommissionis~~ uero tantum iustitiam charitatem posito quod hic non
teneatur alere pauperem ex iustitia. quanto commissio
et ommissio uitiosa quae non sunt opposita et specie diffe=
runt. Ut dare alteri quod non debes et non dare quod debes.
Ratio est quia habent diuersa obiecta formalia et diuer
sis uirtutibus opponuntur. Nam commissio est iustitiae liberali
tatem, ommissio iustitiam. uidetur Azor l. 4 c. 3 q. 2

Quaesitum 9 an pluralitas praeceptorum constituat et plura specie peccata.

Dico 1 si praecepta nude et praecise sumantur, sub eadem ratione aliquid vel vetent vel praecipiant eorum diversitatem non facere diversa specie peccata. v.g. usura non est triplex peccatum et si prohibita sit praecepto ~~natur~~ naturali divino et humano. item diversa sunt praec. Decalogi non moechaberis et non concupisces uxorem proximi tui. Non furaberis, et non concupisces ~~res~~ rem proximi tui et tamen non sunt duo peccata. voluntas adulterandi et ipsum adulterium voluntas furandi et ipsum furtum pari ratione si quis omittat sacrum die festo qui incidat in diem Dominicum unum tantum committit ~~peccatum~~ quia licet duo sint praecepta quibus sacrum praecipitur, praecipitur tamen sub eodem motivo ~~ut~~ idem dico si quis non ieiunaret in aliqua vigilia quae occurrit v.g. in quadragesima vel quatuor temporibus. Contrarium docet quidem Navarrus. ca. 11 manualis n. 4 sed meo iudicio sine fundamento imo ego deprehendo in ipsius doctrina magna absurda alibi refutanda utique habens plura beneficia ex dispensatione pluries et in die debeat horas recitare quae millies votum a se semel factum renovabit in quovis actu mille peccata committeret quae omnia in bona theologia male audiunt. Dico 2do si praecepta afferant novam rationem bonitatis vel malitiae in obiecto seu materia et transferant actum circa illam materiam in aliam ~~virtutem~~ speciem virtutis vel vitii tunc quotiescunque sunt praecepta

distincta constituuntur et peccata distincta
quae ea fiunt ratio est quia nec sunt obiecta distincta for
malia et unumquodque includit specialem repugnantiam cum
recta ratione v. g. vovisti castitatem et franciscus votum
commiscendo te uxori alterius tria fecisti peccata unum ex
virtute religionis ~~unum~~ alterum ex continentia 3tium ex
iustitiam dum accessisti ad uxorem non tuam Item
interficis socium tuum ex invidia dupliciter peccas
semel ex charitate deinde ex iustitiam eripiendo illi vitam
privata authoritate Idem accidit si quis non reiunet in
vigilia in qua tenetur reiunare alias ex voto ratio iam
data est quia tunc sunt praecepta distincta ex distinc
tis motivis religionis scilicet et temperantiae

Quaesitum 10 An peccata specie distinguan-
tur ex distinctis poenis quibus afficiuntur
eiusdem speciei

R. minime ratio est quia ~~sae~~ saepe peccata diversissimis
poenis castigantur ut furtum punitur restitutione quadru
pla et laqueo et ex peccata diversae speciei iisdem inter
dum poenis puniuntur ut haeretici per gra: incestuarii
venetici incendiarii igne.

Quaesitum 11 an peccata fiant specie
diversa ex diversitate causarum ex quibus
oriuntur aut affectionum animi a quibus procedunt

R. negative. idem est crimen homicidii est sive ex odio
sive ex cupiditate pecuniae sive ex ira sive ex quacunque
alia causa proximum interimas. Item unum idemque peccatum
est ex dictamine rationis seu sinderesin. se ipsum occidentis
sive id postea faciat se ipsum suffocando in aqua sive praecipi

tando siue alia uia sibi uitam eximendo uerum tn
e q sis peccatorum propria caa peccati q e ipsa uoluntas
quanto hac caa fuerit maior ad peccandum tanto erit
et peccatum ipsum maius. Sic grauius peccat q ex indus-
tria et data opera peccat q3 q ex fragilitate et ignoran
tia: grauius item q sponte q3 q metu et ui ad peccatum
compellitur si grauiora sunt et illa peccata q ob finem peio
rem committuntur.

Restaret inquirendum an grauitas peccatorum sumeretur ex
circumstantiis tam mutantibus q3 no mutantibus specie uerum
quoniam fuse hac de re inferius disputandum erit consulto
ista praeterimus legatur si placet D. Tho. prima 2da
q. 7 et q. 73 a. 7 et Petrus Bintzfeldius parte 2da
cap. 3.

Quaeritur duodecimum an actus ille q simul ee
non potest cum actu praecepti, eam caa
e omissionis sit peccatum.

R. quotiescunque aliquis actus incompossibilis cum actu praecepti
caa omissionis ee peccatum. E cons sententia q capreolum
in secundo. sen dist. 35 q. unica a. 3 ad 2dum 2ao e primo
qa actus liber q e caa peccati et ipsa peccat: e ut patet
ex eo no alia de caa suadere peccatum alioui sit malum
et multae actiones alioq ex se laudabiles sint peccatum
ratione scandali nisi qa sunt caa peccati ut colligi
tur ex ad Romanos cap. 14 et primi ad Corinthios cap. 10
2do qa ideo negant Theologi Deum ee caam peccati qa

ee ~~illius~~ caaa illius peccatu e q in deu cadere no
potest ergo et peccatu erit ee caam ommissionis alicuius
praecepti actus Tertio si qs ex incauta sagittatione commit
tat homicidium certe peccatu e no alia de caa nisi qa
caa peccati e ergo a pari si aliqua actio caa peccati
erit et ipsa procul dubio peccatum.

Porro diligenter duo hic notanda sunt primu e hanc
doctrina intelligenda ee de illa actione q ita caa
e omissionis, ut no tollat aliunde eius malitiam, nam
fieri interdu potest ut caa omissionis praecipiatur
et tunc omittere ob illa praeceptu nullu peccatu erit
ut si qs omittat sacru die festo ut asistere vel iuuare
possit decumbentem ad mortem vel non ieiunet ut gser
uet uitam. Nota 2do si actus ille interueniens non
impediat dicto mo executione talis praecepti sed etsi
ille no fieret praeceptum nihilominus impleri no posset
tunc talis actus interueniens no e peccatu p. gra. si qs
pridie festi sine caa rationabili profectus sit ad locu
haereticum ex quo nequeat redire ad audiendum sacru
si in eo loco eo tempore studeat vel aliqd agat quo
alias eet sacru audiendu illud studium vel actio no
e peccatu qa etsi no studeret, vel aliud ageret tn
no posset audire sacrum et gsequenter ea ex parte
no peccaret bene tn ex ea q sine rationabili vel et
mala ex caa profectus sit

Quaesitum 13 an actus coniunctus cu dicta omissione
sit et peccatu ac pinde gconcurrunt duo peccata
simul

Dico primo certum esse quod si talis actus sua natura malus sit tunc praeter malitiam quam habet ex eo quod sit causa omissionis retinere etiam propriam suam malitiam ex obiecto ut si ~~ut si~~ per gratiam ~~ut si~~ quis deberet audire sacrum furetur vel fornicetur absque dubio sunt duo peccata unum furti vel fornicationis alterum neglectus missa.

Dico 2do si dictus actus ex suo genere vel bonus sit ut est orare vel indifferens ut studere ambulare equitare tunc non habere hunc actum aliam malitiam nisi omissionis ratio est quia actus iste cum ex se malus non sit sed tantum causa mali solum inficietur pravitate et malitia omissionis 2do quia alias non esset satis in confessione explicare omissionem sed esset etiam exprimenda actio quae causa fuit omissionis quod tamen nec poenitentes faciunt nec confessarii etiam exigunt. Quare in his et similibus actibus omissio est tantum veluti circumstantia illius actus quae causa est omissionis quia nimirum ille exercetur tempore indebito ex Divo Thoma q. 2 de malo a. 1 ad septimum circumstantia tamen tribuit totam malitiam actui quando alioquin actus per se malus non est per gratiam. Si maritus cum uxore exercet actum coniugalem in ecclesia hic esset tantum ~~hic~~ unicum peccatum scilicet sacrilegii quia actus coniugii ex se malus non est sed fit hic et nunc malus ex circumstantia loci

Quaestio 14 quoniam tempore concessatur quis peccare peccato omissionis

Pro resolutione nota duo esse tempora de quibus potest esse brevis questio unum est illud quo quis se exponit periculo aut causam dat id negligendi ad quod faciendum postea tenebitur 2dum tempus est illud quo urget ipsum praeceptum aliquid faciendi

quaeritur ergo iam utro ex his duobus temporibus peccatum omissionis incurratur et dico primo omissionem proprie fieri tunc quando omittitur actus praecepti patet quia omissio proprie opponitur actui praecepto ergo tunc omittitur quando debet fieri actus praeceptus uti commissio tunc fit quando committitur actus prohibitus. Sed petes quod nam erit hoc tempus tandem proprium. R. nihil me invenire de hoc apud DD. ideo fortasse quia difficile sane est hoc tempus in individuo et quasi per puncta matematica assignare ego tamen ut nullus remaneat scrupulus sic dico quando p. gra unum tantum sacrum habetur certa hora tunc negligens sacrum peccat illa hora quando .u. sunt plura sacra non peccat quidem quis non audiendo determinate 1. 2. aut 3tium sacrum hac vel illa hora celebratum, sed peccat non audiendo sacrum illo tempore quo neglecto futurum est ut nullum aliud amplius audire possit quod singulariter dictum volo pro illis qui tamdiu possunt differunt auditionem sacri noverint .n. tales se a peccato minime excusari et non auditum sacrum etsi post legitime occupentur quia prius audire potuerunt et propter incertitudinem futurorum et debuissent idem dictum volo de similibus obligationibus p. gra distulit aliquis diutissime horas canonicas cum tamen recitare potuisset postea interveniente impedimento amplius non potest non excusatur a peccato

Dico 2do etsi omissio fiat quando omittitur actus praecepti totam tamen culpam et malitiam incurrit illa voluntate quae vel in se vel in sua causa volida est omissio probatur

1 qa quidquid habet rationem culpae debeat habere rationem voluntarii talis a omissio non est voluntaria nisi in se et cum est directe volida dum per gra. cogitat aliquis vel dicit volo audire sacrum vel est volida in causa seu indirecte .i. dum quis non dicit quidem se negligeturum sacrum interim tamen vel dormit ambulat potitat et cet. quae sunt causae cur non sacrum eo tempore audire possit porro certum est eo tempore quo quis dat sufficientem causam peccandi peccare ut cum quis se inebriat ex quo novit se incursurum multa peccata vel explodit bombardam ex quo sequitur homicidium ergo idem dicendum erit cum quis voluntarie ponit causam omissionis. Habes hinc peccatum omissionis quae committi cum omittitur actus praecepti licet vere peccatum non sit nisi ob voluntatem qua directe vel indirecte volida est omissio patet quia tunc est voluntaria transgressio peccati sive ob voluntatem quae tunc fit sive ob voluntatem antecedentem et hoc voluit D. Tho: cum locis citatis ait homicidium in somnis non esse peccatum nisi sit volidum in causa.

Quaesitum is An multiplicatis vel iisdem vel diversis actibus multiplicentur et vel numero vel specie peccata.

Casus sit peccatum per gra: occisurus fratrum vel alium quemque hominem infligit ipsi tria quinque vel plura vulnera quaeritur an totidem peccata committat. Item si aliquis eodem tempore una per gra. hora aliquoties in idem peccatum consenserit

Item. si qs unico istu actu laicum et clericum vulnerat
quaeritur quod hic peta commiserit. ~~[illegible]~~
Idem dico de pctis commissionis ut si qs per unum eundemque
actu tribus consequentibus diebus festis velit relinquere sacrum
aut tribus diebus veneris comedere carnes aut tria vota
quibus tenetur soluere. Hanc quaestionem discutit Clauar:
cap. 6 n. 15. aurea armilla v. bo pctm. ff 4 s. Anto=
ninus 2da parte titulo 5to ca: 1 ff 10 pater Azor
lib. 4 q. 3. 4 et 5. Sed planè plerique perplexè et obscu=
re nos quoque clarissimè aliquot regulis quaestionem
hanc scitu maximè necessaria explicabimus. Infini
ti n. in hoc genere casus accidunt

Sit ergo 1 regula in actibus voluntatis interni hoc est
qui solo animo seu cogitatione consumantur quae a Theologis vocantur
pcta cordis, toties augetur vel numerus vel species pcti quoties
voluntas mala postquam interrupta est renovatur per se.
Tunc a. dr interrumpi voluntas quotiescunque actui vo
luntatis malo renovato tanta intervenit mora ut alius volun
tis actus perfectus intercedat, sive bonus sive malus sive in=
diferens vel alia mora notabilis ut v. gra: Eliciat aliquis
pessimum actum voluntatis qualis est v. g. odium Dei, in quo consen
tiat hoc iam unum pctm est. Hic actus multis modis interrumpi
pt. primo ita ut expressè illi obiiciatur bona cogitatio contra
ria priori ut amor Dei, actus poenitentiae vel aliqua alia.
Si post hanc cogitationem bonam in qua notabiliter haeserit et
forte consenserit, rediat voluntarie ad illam priorem Do
odio Dei et consentiat iam bis peccavit. 2do pt ei qui sic

iā peccauit offerri cogitatio differens v.g. de lucro, labore, literis et cæt. et hic quidem n̄ ē tantum periculū pcti inter medii sed tn̄ si post notabile moram redeat ad primā illā uoluntatē odii Dei iterū nouū pctm committit.

Tertio pt interrumpi mala uoluntas alia mala uoluntate ut v.g. ei q actualiter Deum odio prosequitur occurat et adulterium uel homicidium in q consentiat et redeat postea ad odium Dei tunc et hic actum ē renouari pctm toties quoties mala uoluntas renouatur et quidē multo grauius q̄ superiori mo.

Quarto pt interrumpi mala uoluntas n̄ interuenientibus aliis cogitationibus malis, uel bonis uel indiferentibus perfectis et expressis sed multis imperfectis cum notabili mora: quas optime uidemur posse exprimere per verbum sed quasi hoc uel illud et cæt. post has cogitationes aliquamdiu agitatas, repetita uoluntas odii Dei nouum et uidetur de pctm preter et ipsam moram q sufficeret ad colligendum animū et poenitendum, et saltem talis excludit auxilium diuinum et exponit se periculo male uoluntatis reditura.

Quinto pt interrumpi mala uoluntas interdū distractione aliqua externa ut somno, ebrietate labore et cæt. et post hanc et interruptionē quoties renouatur uoluntas. ~~iteratur~~ toties iteratur pctm. Iam uero quando n̄ interrumpitur illis mo consensus in pctm sed intercedunt cogitationes q sunt uia ad medium ordinariū efficiendi illum actum uoluntatis ut si qs v.g. uelit odisse Deum et deinde haereat (non interruptis cogitationibus praedictis modis) in quaerendis rationibus et ~~in~~ tunc quo diutius haeret eo grauius peccat, non tn̄ committit nisi unū pctm

ratio est quia cogitationes illae intermediae habentur pro imperfectis
et tamen sunt veluti via ad odium Dei iuxta illud D. Thomae prima parte q. 8 art. 6
ad ultimum [illegible] ubi unum est propter aliud, ut ubique tantum unum est et ideo
dixi initio regula multiplicari peccatum toties quoties mala
voluntas renovatur PROPTERSE.

Haec I regula sic explicata non videtur pati ullam dubi
tationem et ponitur a Navarro cap. 6 n. 16 cuius ratio fun
damentalis haec est quia quemadmodum primus ille malus volun
tatis actus ita et reliqui 3tius 4tus et cal. post intercisionem
notabilem et moralem renovatus et dictis modis repetitus. Le
quamvis autem hic de peccatis quae solo voluntatis actu perficiuntur ut
est odium amor, homicidium vel adulterium mentale constat
ex omnibus Theologis ut et nos supra monuimus in actu
interiori totam formalem malitiam omnis peccati consistere
Affert Navar. in principio capitis. Consideret. di. 5 de
poenitentia ex Bartulo in lege. inficiando. § infans. ff de
furtis exemplum illius affert Navar. qui vendit mensuram
10 nummis lata lege ut 8 tantum nummis vendatur toties
peccare illum quoties vendit aliam mensuram quod verissimum
est hoc solo addito quod qui simul 10 mensuras vendit gra
vius quidem peccet sed unum tantum committit. p. quia voluntas
mala non interrumpitur in hoc casu porro iuxta hanc regu
lam diligentissime examinare se debent homines otiosi et
hii qui cum non habeant occasiones peccandi quaedam peccata
externa internis peccatis maxime libidinis se contaminant
et de iis libenter ac frequenter cogitant hi in brevissi
mo aliquo tempore plurima peccata m. possunt committere

2da regula ē in peccato exteriori opere gsumatur n̄
censetur multiplicari pctm ēt si durante opere externo
voluntas interrupta renovetur: aut durante eadē volun
tate opus externum interruptū multiplicetur dummodo illa
interruptio n̄ fuerit poenitentia aut mutatio gsilii q
ordinario ē et censetur impertinens ad destinatū tale
facinus perpetrandū v.g. Aliqs furatur multū pecuniae
in qua colligenda unam vel plures horas consummit, et
dum unam partem corradit, repetit voluntatē corra=
dendi et alteram totam cum initio proposuerit totum au
ferre: Interuenienta multae interim cogitationes ut
v.g. in quem usum velit illas expendere quomodo vellet
elabi si deprehenderetur et cet. Huius malae voluntatis re
petitio tantum facit unum pctm: secus philosophandū
eet si postq illum in primo vel 2do illo actu poenite
ret furti voluntate mala resumeret auferendi et reli=
quū. Item si aliqs proposuit sibi occidere inimicū et
in hac voluntate manens accingit se itineri accuit
gladium, commedit vel ēt defessus obdormit deinde
se abscondit et tn occidit hic censendus ē talis unicū
tantū pctm perpetrasse nihil ut dixi vel mutatio gsilii
vel alia actio plane impertinens ad illud facinus inter
ueniret quale eet v.g. audire sacrū concionē tunc n
multiplicaretur pctm ob talē interruptionē porrō
valde cautē et prudenter addit Navar. l.c quoad
effectum gfitendi potissimū ea q tendunt in unū finem
principalem censeri ēt unum tantū pctm licet plerunq
reipsa timendum sit ne sint plura distincta qa inter=

ruptiones illas segniter ~~observ~~ observamus.

Huius idem regula fundamentum est id quod insinuavimus scilicet idem eorum doctorum sententia illi actus qui sunt et habentur ordinarie quasi via quedam et sine morali interruptione in unum peccatum principaliter tendunt censentur et unum tantum peccatum principaliter constituere. Tendere autem in unum peccatum tanquam via censentur ordinarie illa que plerumque solent vel antecedere vel comitari vel consequi cuiusmodi sunt ut gratia aspectus turpes tactus impudici oscula ante fornicationem lætitia post patratum facinus vulnera et odia ante mortem maxime autem illa sine quibus peccatum perfici non potest. Item in iis que uno impetu fiunt censetur unum via ad alterum ut qui iratus eundem Clericum uno impetu pluribus verberibus afficit semel tantum excommunicatur et semel tantum peccat licet gravius quam si semel tantum percussisset de quo extat casus in cap. cum pro causa de sententia excommunicationis.

Non censetur autem tanquam via ordinaria ad peccatum aliquod principale primo aliud peccatum et principale hinc duplex peccatum est fornicatio est cum eadem muliere eodem tempore successive repetita.

Secundo illa peccata que propriam distincta et perfecta habent malitiam et non censentur via ad aliud peccatum principale etiamsi ex malitia committuntur nam propter alterum ita quod adulterium committit ut homine occidat cuius deinde pecunias furatur tria

distincta flagitia perpetrat.

Tertio. Si obiecta distincta et diuersa sint ~~ita~~ circa q uno impetu atq occupari videtur tunc neq censetur uia ad alterum. Si qs iratus ~~uel uel~~ uulneret ~~tres~~ Clericos ter peccat et ter e communicatus uel si percutiat q se irritauit laicum et Clericum sibi astantem bis q de peccat et semel tantum e excommunicatus. Item q iratus, ubi contumeliosis diuersas contumelias significantibus et infamantibus appellat aliquem fure adulterum tria pcta committit. Item si qs libidine incensus cogitet de corrumpenda uirgine, moniali, ~~mere~~ meretrice uel corrupta uel consanguinea quatuor pcta perpetrat. Hinc bene colligit Joannes Azor ad idem Propositum q 3. quanta prauitatis sit uoluntas quaq uult necem omnium hominum sicuti Herodes olim necem omnium infantum Bethleemitiorum Item illa quaq uult transgredi omnia et singula ieiunia totius quadragesimae certe n. tot sunt pcta in priori quot sunt homines in posteriori u. tot quot sunt dies in quadragesima rao e qa in his casibus obiecta sunt integra p se ita ut unum n sit pars alterius nec oia simul tanquam partes totum aliq constituentes.

Ex quo principio soluitur celeberrima illa apud Nauarrum sed q Nauarrum quaestio ~~cap.~~ 6. n. 18 An si Petrus uelit occidere paulum cum tota sua familia hoc sint duo tantum homicidia mentalia, An n. u. centum si tot sint in familia pauli personae. R. n. ee centum pcta m. ob iam assignatam raoem qa scilicet pcta distinguuntur

ex obiectis integris quo cum sint 100 obiecta tota integra, inuicem dependentia ut plane Nauarrus negare non potest quidni sint tot et peccata! et patet manifeste ex hoc exempto fingamus ex dicta pauli familia (100 hominibus constante) esse unum sacerdotem sane nauarrus negare non potest quin uoluntas petri respectu huius sacerdotis non tantum simplex sit homicidium sed et sacrilegium respectu uero aliorum tantum homicidium. Obiicit Nauarrus familia petri est tantum collectio plurium personarum sicuti domus est una res constans ex pluribus partibus. Respondeo mira mihi uideri hic simplicitate Nauarri quod non notauerit tam aperta similitudinis claudicatione nam domus uere est tantum unum quod persona uero familiae licet fictione iuris dicantur tantum una persona quasi ficta reuera tamen non sunt una, sed tot quot sunt homines secus est demo ut dixi et similibus quae coaceruat Nauarrus hic unum est peccatum tantum facit uolens integram domum comburere omnes libros alicuius bibliothecae cumulum pecuniae frumenti rerum similium surripere totum gregem boum equorum porcorum ~~[illegible]~~ ansorum abstrahere quia haec omnia unum tantum sunt per aggregationem et per consequens unum tantum peccatum licet multo grauius quam si unum tantum individuum ex horum singulis auferret

Classis 3tia De peccatorum inuicem comparatione hoc est grauitate et leuitate.

Ffreteng prima nobiliorem peccatorum differentiam

exposuimus cum Divo Tho. prima 2da quaestione 72
nunc ne ordinem eiusdem perturbemus antequam ~~vide~~
p. m. et u. disputemus videndum quae peccata aliis gravioribus
levioraue sint de quibus D. Tho. q. 73.

Quaesitum 16 An peccata omnia sint connexa
invicem et quasi concatenata.

R. negative. ratio est quia cum peccata respiciant
diversa obiecta et nihil habeant quod connectantur non
video quomodo possint esse connexa. Cum hoc tamen stare possit
ut aliqua vitia sint connexa ideo quod unico actu committuntur
ut quod post votum castitatis commissum rebus venereis vacat
is ~~[illegible]~~ facit quod virtute Religionis castitatis
semel et simul quod ideo unum ex alio nascatur ut ex Ebrietate
nascitur impudicitia blasphemia sedes. Ex superbia, invidia
et sic de aliis quae certe unam ob causam a sanctis patribus
dicuntur interdum peccata connexa. Obiicies quod in uno offendit
factus est omnium reus Jacobi ~~[illegible]~~ 2do ergo necessario
debent omnia esse invicem connexa ad hunc locum
variae respondent DD. alii dicunt fieri omnium reum quo
ad poenam damni quia scilicet ita amittitur visio aeterna
Dei per unum peccatum atque per omnia. alii sic quod in uno offendit
ita amittit totam charitatem ac si omnia peccata admisisset
Ita S. Gregorius in libro 5 moralium cap. 2 quod addit
fieri omnium reum quia unico. p. m. ledantur quodammodo omnes
virtutes omnia haec recte

Quae. 17 An peccata sint aequalia, vel unum altero gravius

R. Esse inaequalia patet passim ex sacris literis Matthaei

quinto et 11 Luca 6 et 12 Joannis 19 et alii passim.
2do patet ratione qa cum ad pctm multa concurrant
q faciunt ad grauitatem et leuitatem impossibile oia
eodem mo in pctis fieri primo qa no oium pctorum obiecta sunt
aequalia q fit ut pcta ij Deum sit grauiora pctis ij
proximum qa Deus est nobilius obiectum qz primus.
et q sunt ij proximum grauiora sunt ea q uersantur circa
uitam spiritualem qz corporalem tunc ea q circa uitam
corporalem. deinde bona externa ut fama honore. 2do qa dis-
positio peccantium ~~unus n. e pcat~~ eadem in omnibus
unus n. peccat cum maiori scientia, libertate af-
fectu et act. alius minori
Tertio qa pcta non eadem semp afferunt nocumenta

De grauitate pcti ex euentibus et
damnis q ex eo ~~seq~~ sequuntur.

Quaestum 18. An pcta fiant maiora ex euen-
tibus sequtis et qd de hoc. S. Tho.

D. Thomas q. 73. a. 8. quinque hac dere tradit
documenta primum est nocumentum q prouenit ex pcto
si sit praeuisum et intentum augetur pctm ut si qs
furto uel homicidio intendat gratie damnum inferre
proximo homicidium fit ex multo grauius 2do dicit
q quando nocumentum est praeuisum n tn intentum grauare
pctm sed tantum indirecte ut si qs fornicandi vg.
oia transeat alterius segetes easqs conculcet sine
animo nocendi augetur a pctm fornicationis indirec-
te quatenus scilicet uoluntas fornicandi causa est ut
damnum hoc inferatur Tertio q quando nocumentum
nec est praeuisum nec intentum et se tantum per accidens ha-
bet ad pctm illud no aggrauat et si fieri possit ut si q

damnu infert incurrat irregularitate si dederit
opera rei illicite ut si Clericus venetur et sagittando
velit occidere leporem et interim occidat hominem talis inquit
non peccabit et tamen fiet irregularis. quarto si damnum
per se sit peccatum licet nec intentum nec praevisum sit directe
gravare peccatum ut si quis publice fornicetur et sequantur
scandala. quinto docet quod damnum quod incurrit quod peccat
peccat si ~~sequatur~~ accidens ~~peccatum~~ et si non sit nec intentum nec praevisum
non augere peccatum ut si quis currens inquit D. Tho: ut occidat
hominem laedat sibi pedem.

Quaesitum 19. An haec doctrina D. Thomae sit
veritati consentanea

Ut videamus quoniam pacto D. Thomae capita salvari com-
mode possint (cum a nullis minus recte intellectus im-
merito deceratur) secernemus in hoc quaesito tantum certa
a dubiis primo ergo certum est quod si damnum sit intentum et no-
vam cum recta ratione habeat diformitatem novam et
afferre culpam seu malitiam. quod Divus Tho: vocat au-
gere directe: si non afferat novam sed eandem tunc au-
gere in eadem specie. v. g. furtum rei sacrae et in
loco sacro facto affert furto novam malitiam et constituit
illud in specie sacrilegii. At. 11. si quis furetur magnam
quantitatem quantitas illa non mutat furti speciem
sed tantum facit illud gravius.

Secundo certum est si nocumentum nullo modo nec directe nec
indirecte sit intentum nullo prorsus modo augere peccatum
quia circumstantia nihil conferunt adesse moris

nisi aliquo mo sint uolidae ut des geentiunt hoc
mo excusantur q sunt caa scandali passiui ut mulie
q se ornat ut placeat uiro suo uendens aleas. qa ex
his et similibus actionibus p dictae psonae censentur
uti iure suo et tantum pmittunt actus malos q
apud alios ex scandalo passiuo sequuntur.

Tertio certu e q quando huiusmodi peccata q ex pcto
sequuntur aut sunt uolida in se aut in sua caa augeant pctm
rao e qa tunc habent raoem. praua circumstan
tia.

Quarto et ultimo certu e q quando euentus pruisus et no in
tentus seqtur tanqua ex aliquo pcto illud augeat indi
recte ut ait D. Tho. dicto ido oportet a ut pctm caa
sit huius euentus et n tantum occasio ad hoc ut recipiat
eius malitiam nam si qs sua actione no sit caa huius
euentus n tenetur omittere sua actione ut talis effectus
n sequatur quare n tenetur foemina uel uirgo se
domi cotinere aut no respicere ex fenestris et
si pruideat plures iuuenes peccaturos ex eius
aspectu nisi forte in rarissimis casibus de quibus suo
tempore eandem ob caam dicam in materia contractu
ui no teneri indigu pecunia a mutuando pecunias ab
usurario et si scias illu peccaturu accipiendo aliqd
extra sortem seu capitale haec omnia certi et expli
cati sunt iuris. sed ia restat dubitationes quaidam ex
data doctrina D. Tho. emergentes et soluere affirmat q in foro gsuentia multu ex
seruiunt et scitu necessariae sut tamq3 ipsis gsessariis ipsis poenitentibus.

Quae 2 An et quomodo verum
quaesito decimo octavo positum

Affirmat ibi D. Thomas. q quando eventus nec
praevisus nec intentus licet non imputetur ad culpam imputari tamen intendum ad poenam propter negligentiam considerandi quae ex actione operantis consequuntur id non videtur omnino falsum quia sic probo vel loquitur D. Tho. de negligentia culpabili vel inculpabili si de prima tunc sicuti haec imputatur ad poenam sic sane imputatur et ad culpam: si de 2da tum nec ad culpam nec ad poenam potest imputari quia ubi nulla est culpa ibi nulla potest esse nec dicitur et esse poena. His non obstantibus ad defensionem S. Thomae.

Dico primo saepe iuste aliquem poenam puniri et si non peccaverit ratio est quia saepe iuste praesumitur culpa quamdiu aliud manifeste non probatur haec a probatio fieri saepe non potest ut patet in iudice qui iudicare potest innocentem probatum nocentem ut aliam videbo ex communi doctorum et iurisperitorum scientia quorum illud elogium est sine causa nemo puniri potest sine culpa tamen potest.

Dico 2do nihilominus neque apud Deum neque apud homines aliquem dignum esse poena nisi peccaverit quia nisi dignus est poena nisi poenam moeretur nemo moeretur nisi peccans. Obiicies posse aliquem sine ullo peccato incurrere irregularitatem ut patet in iudice qui iuste condemnat reos Et in milite qui in bello iusto iuste interimit inimicum Respondeo irregularitatem non non esse proprie poenam ut suo loco dicam de Censuris Ecclesiasticis sed tantum

ee impedimentu seu inhabilitate quandu quaq
iure canonico fit inhabilis ad suscipiendos sacros
ordines vel aliquem eorum usum exercendum potuit
a fieri ut summus pontifex aliquos facere inhabiles
et ineptos ad obtinendas quales sunt iam dicti
et leprosi energumeni licet id nulla eorum culpa
fiat

Quaesitum 21 examinatur alia dificultas
circa dictum.

Videtur D. Tho. ibi dicere posse aliquem irregularitate incidere per homicidium involuntarium si det operam rei illicite non a. rei licite. Quaeritur an id sit verum. Et Theologos eo in hoc varios Canonistas u. habere D. Thomam hic omnino suspectum interim dico sententiam D. Thomae saltem esse probabilem neque rarium ex iure posse colligi. Nam in Clementina unica in capite dilectis etsi his qui occidit invasorem dicatur non incurrere irregularitatem sed tamen ut circo dicitur quia licitum est id agere et in eodem cap. dilectis licet dicatur quod is qui equum freno non potest regere occidit infantem non incurrere irregularitatem statim additur quia homicidium illi non fuit voluntarium et dabat operam rei licite et capite ex literis primo excusatur ab homicidio et irregularitate qui proveniens particulariter ex curru occidit puerum eadem de causa et eodem modo capite ex literis. Ido excusatur monachus qui eo deponente campanam casu lignum cecidit et interfecit puerum nam ibi additur quia agebat rem utilem et necessariam. Idem respondere me memini non ita pridem de rustico quodam in sylva cedente arborem et interficiente hominem sine ulla sua

culpa cum semper pontifices dent causam cur in predictis
et similibus casibus homicidae non fiant irregulares quia
scilicet dabant operam rei licite videtur posse inferri
si dedissent operam rei illicite incurrissent irregulari
tatem sicut docuit S. Thomas. sed opponens cum in dictis
casibus homicidium eodem modo sit voluntarium sive detur opera rei
licite sive illicite et eadem causa respectu voluntatis
ex quo iste qui dat operam rei licite non incurrit irregu-
larem quia illicite incurrit quia causa est hoc quia nimis rigidum
et onerosum non posse exercere operationes licitas sine
periculo incurrendi irreg: non enim dicit videri onerosum
ei qui ~~dedit operam~~ male agendo committit homicidium quod
hoc incommodum incurrat imo sic fieri decet ut vel
sic ab illicitis actionibus homines se contineant demum
maior indecentia est ut qui male agendo commisit casu
homicidium promoveatur ad sacros ordines quam qui hoc commi-
sit bene agendo.

Quaestio 22 an eventus nec intentus nec praevisus
augeat peccatum.

S. Tho. in dicto 4to respondet quod sic nec praevisus
sed quod nec argumentor effectus nec intentus ~~nec praevisus~~ nec praevisus
non est voluntarius quod non potest augere peccatum non esse quod
intentum directe nec praevisum in se esse tamen praevisum
interpretative in sua causa et in eadem indirecte in-
tentum quia qui vult causam per se alicuius effectus censetur
moraliter velle et ipsum effectum ideo qui committit

pctm ex quo oritur scandalum censetur et gravius peccare, quia si scandalum non sequeretur

Quaest. 23 An gravius peccet qui committit homicidium quia qui suadet alteri fornicationem vel quis aliud pctm qui alteri sit causa ruinae spiritualis.

S. Tho: citata quaestione 73 a. 8 respondet affirmative. primo quia homicida intendit directe ~~offerri~~ alteri inferre nocumentum fornicator a. non intendit mortem spiritualem mulieris, sed tantum quaerit suam delectationem. 2do quia homicida est per se sufficiens causa mortis corporalis, mortis a. spiritualis nemo potest alteri esse causa per se sufficiens, quia nemo spiritualiter moritur nisi volens. Verum quod hanc Divi Thomae doctrinam videtur militare haec ratio quia quo gravius nocumentum proximo infertur eo est gravius peccatum sed incomparabiliter maius damnum est auferre alicui vitam gratiae spiritualem quam corporalem ergo maius pctm erit inducere ad pctm fornicationis quam occidere. Defendendus tamen hic uti hactenus D. Tho. quare dico primo si mors spiritualis intenditur directe ab eo qui trahit alterum ad pctm est pctm illud gravius homicidio ratio est quia proinde obiectum est mors spiritualis quae est obiectum huius pcti libidinis quam sit mors corporalis quae est obiectum homicidii neque id usquam negavit D. Thomas imo 2da 2dae q 34 a. 4 aperte hoc asserit. Dico 2do si mors

spiritualis n̄ sit intenta directe grauius ēe homici-
diū q̄z sit alium trahere ad fornicationē uel aliud
genus pcti rao qa. homicidiū uersatur circa peius obiec
tū q̄z fornicatio et mors spiritualis n̄ aggrauat forni
cationē qa n̄ intenditur directe sed directe tantū intenditur
delectatio uenerea et ideo eo mō inducere ad forni
cationē n̄ ē ~~ide~~ nisi pctm fornicationis q̄ a ruina
spirituali nulla accipit malitia ~~f~~ occidere n̄ homi
nē etsi n̄ directe intendatur damnū proximo illatū adhuc
tū ē q̄ iustitia grauius a ē laedere iustitiā uirtutē
perfectiorē q̄z temperantiā q̄ laeditur fornicatione. Adde
q̄ q̄ alium inducit ad fornicationē n̄ ē caa sufficiens
pcti quare hic dt et aliquantulum minui pctm et hoc
solū uoluit D. Tho. in 2da ratione.

Classis 4ta de delectatione morosa in pctis
~~delectationis~~ q̄ in quaestione 24 disputat D.
Tho: et scholastici de subiecto pcti aliena sunt
ab hoc loco et instituto nostro ut potemere spe
culatiua quare iis intermissis consultius et utili
us expendemus ea q̄ iidē ibidem de delectatione
morosa minus exacte tradunt q̄ ad nostrum
institutum magis faciunt.

Quaesitum 24 quid sit delectatio morosa
supponendum hic ē ex philosophia delectationem
semp. in nobis generari ex cognitione aliqua siue
intellectuali siue imaginaria, siue sensitiua. Sic

delectamur auditione sermone et aspectu
rerum gustu et odoratu et tactu sic et appre-
hensione et possessione sic et cum res absentes
nobis velati presentes cogitatione fingimus imo et
lum hic illud adhuc nota q̄ q̄ hactenus de ignorantia uincibi
lis et inuincibili disputauimus, et intelligenda ꝓportionaliter
et ratione quandam anologiam sunt de inconsideratione inco-
gitata exc. q̄ eodem modo pt ē uincibilis, et inuincibilis
ut ingeniose aduertit Ioannes Sylvester ~~instit~~. l. 1. mist.
cap. 16. q. 14.

Qua. 47. An ebrietas excuset ab omni euentu q̄ in ebri-
etate ignoranter ab ebrio committitur.

Libenter specialiter hanc q̄stionem tracto, ob huiusmodi criminis in his
maxime partibus frequentiam, et angustiam sæpè ēt Docti uiri
ignoram, et quantum in hac re peccet. Est a. q̄stionis sensus
is an ~~sub~~ omne pctm, q̄ in ebrietate ꝓmittitur, merito impu-
tetur ebrio ad culpā saltem in foro Dei et ꝓscientia, qeqd
tandem sit de foro externo, q̄ iuristis relinqmus. Et expe-
dit totum. q. p. 6. dicta.

Dico pō primo n oes euentus q̄ accidunt in ebrietate imputari, uel
poe. nat ebrio ad culpā. Est sententia multorū doctorū
affirmantiū euentus rarò ꝓtingentes ex ebrietate n ē pcto

et probatur facile ratione: quia eventus non praevisi, et qui nec potuerunt, nec debuerunt praevideri non imputantur ad peccatum ut clare et colligitur ex D. Tho. q. 200. a. 5. et q. 73. a. 8. quia non sunt voluntarii, at huiusmodi sunt multi eventus qui committuntur in ebrietate quales sunt illi, qui raro solent evenire.

Dico 2do omnes eventus commissos in ebrietate qui praevideri potuerunt, et debuerunt, imputari ad peccatum. Ratio constat itidem ex dictis. quia omnes sunt voluntarii, saltem in causa qui satis est ad peccatum.

Dico 3tio cumque advertit se inebriari et alias expertus est eventus in se nasci solitos hos vel illos ex ebrietate tunc fere semper esse voluntarios. Ratio est quia difficile est, ut cum quis cogitat de periculo non et cogitet de eventu quem novit ex hoc solere sequi, quae cogitatio facit ut ii eventus sint voluntarii, ut patet ex dictis, ex D. Tho. q. 20. a. 5. et q. 73. a. 3. qui dicit effectus tunc non tribui operanti cum raro sequi solent, quia tunc non sunt praevisi, nec et praevideri potuerunt. Et hoc tamen modo intelligendus est p. Gregorius Nizenus l. 5 suae philosophiae c. 2. cum simpliciter docet, id quod quis in ebrietate agit, voluntarie agere etsi illud ignoranter agat, quia huiusmodi ignorantia in ebrietate voluntaria est. Et alii qui dicunt solos eventus, qui casu, et fortuito et praeter opinionem accidunt, non imputari ebrio ad culpam, quia hii non imputarentur etsi quis non esset ebrius.

Dico 4to. si quis dum se inebriat, cogitat de eventu quem timet secuturum, et adhibet sufficientem diligentiam ne sequatur non imputari ad peccatum: Ratio est quia huiusmodi diligentia facit ut ignoretur invincibiliter ex supradictis.

Dico quinto eventus qui fiunt in ebrietate, si voluntarii sint esse eiusdem rationis et speciei cum illis qui fierent scienter extra ebrietatem. Ratio est quia habent eandem deformitatem et repugnantiam cum recta ratione.

Dico 6to. n̄ ꝑtinere ad hunc locum statuere q̄nnam pctm ebrietatis formaliter fiat mortale. id. n. infra definiemus; saltē illud certum ē nihil pōe tutum satis de hoc colligi ex D. D.
Dico 7timo q dixi de euentibus q committuntur in ebrietate idem ēt ēe intelligendum de iis euentibus q sequuntur ex somno, qa eadem ē rāo. differentia tn in hoc ē q ebrietas ~~n~~ n̄ sit licita somnus a. sit licitus. q nihil aliud ~~facit~~ facit quā q aliqn ob euentū p̄uisum, tenetur qs uitare ebrietatem n. a. tenetur uitare somnū nisi forte nimius sit; tunc. n. fieri pt ut teneatur ēt qs sub graui pcto superfluum somni resecare. Id. a. ut sciatur cōsideranda ē qualitas euētus, nam si sequatur damnū ꝓximi, ut v. g. homicidium uel simile qd, tunc ex charitate tenemur aut uigilare usquè dum uincamur à somno necessitate naā, aut certe adhibere diligentiam, ne effectus sequatur p̄sertim si moraliter certum sit huiusmodi damnum sequturum: si. a. pctm n̄ sit damnum ꝓximi, uel n̄ ita certo sequatur n̄ tenetur abstinere à somno, nemo. n. tenetur cum tanto suo damno uigilare.

Classis.

De metu ex aliis animi affectibus.

Paucula de his disputabimus, tum qa satis intelligi ~~unt~~ possunt ex ꝓportione ad ignorantiam; tum qa plura in scrmto de matrimonij hac eadem de re dici dnt. ē. a. metus altera cāa intrinseca pctorum

Quae. 48. qs sit et dicatur metus cadens in constātē uirū, qs in inconstantē.

Ꝛc primum metum inde dici, q eo ꝓcelli ex. ēt soleant uiri fortes, et cōstantes, ꝓinde ac si diceres, ait Azor. l. 1. c. 10. q. 2 uirum aliquem ex huiusmodi metu scriptum ius negligentem n̄ ꝓpterea suae cōstantiae uel

uel fortitudinis nomē et meritum amittere. Hic uir
constans ē medius inter inconstantē et pertinacē. Pertinax
n. dr ille ex Aristotele 7. Ethi: c. 9. q cum semel aliqd statuit,
de sententia sua amplius dimoueri n̄ pt sive illud sit idm
rectam rōem, sive contra. Inconstans. u. ē q ubi semel aliqd
statuit, facile à quauis passione, ex perturbatione animi
mouetur ad mutandam sententiam, ētsi id sit ꝯ rectā rōem
Constans. u. is ē q cum semel aliqd statuit, nec semp persistit
in eadem sententia, si rāo aliud suadeat, nec tn ēt
mutat sententiam, nisi ad id maxima rōe cogatur. quo-
circa metus cadens in constantem uirum, ut ille q si ali-
cui incutiatur, ita ut aliqd p timore agat, adhuc manet
constans, et idm rectam rōem opans q ē cōstantis uiri
atqz ideo cum sit cōstans cum opatur dicitur timor cadens
in Inconstantem uirū. Metus. u. cadens in constantem
uirum erit ille, q si alicui incutiatur ita ut aliqd p
timore agat illud faciat ētsi iudicet, uel iudicare debeat
ēē contra rectam rōem, et ideo dū opatur n̄ ē cōstans. Ideo
dr timor cadens in Inconstantē uirū. Hinc fit si aliqs statuat
n̄ mentiri ētsi qs illi mortē intentet, sed postea metu
mortis mentiatur, n̄ sit cōstans nec metus ipsius cadens in
constantē uirū qa agit ꝯ id q rāo dictat: si qs. u. statue-
rit. v. g. ieiunare in vigilia, uel n̄ comedere carnes die
sabathi. Deinde. u. metu mortis, cogatur ieiuniū fran
gere, uel comedere carnes, ē timor cadens in cōstantē uirū
qa recta rāo dictat tunc ēē comedendū, cū p̄ceptum Ecclia
sub periculo uitae n̄ obliget. Atqz hinc ē q cōiter docent
scholastici timorē cadentē in constantē uirū ēē cū qs eligit
minus malum ad uitandum maius, qa hoc p̄scribit recta rāo
ut mercator v. g. iactat merces in mare et uiator inter
Latrones dat pecuniam ut seruet uitam: metum u. ca-
dentē in Inconstantē ēē cū qs uult mentiri v. g. ut saluetur
uel alium in uita, qa eligit maius malum ut uitet minus,

q reluctat recta rationi. Nunc igitur videndum qd
sit licitum propter metum, et sit.

Qua. 49. An excusetur a pcto is q aliqd ex metu
facit, q sit ꝯ preceptum iuris naalis

Dico primo nunqz ob metum licere id agere q e prohi
bitum iure naali negativo ut n mentieris, nō occides
non adulteraberis &c. e omnium Theologorum canonis
tarum et summistarum apud Joannem Azor l. c. q. 12
tomo primo rao e qa hoc e intrinsece et ex sua
naa malum n. u. malum qa prohibitum unde in cap.
sacris de iis q vi et metus causa fiunt dr nullo mo ul
tum mortale peccatum committendum ullo in casu et
rao dictat qa oe pctm. m. e mors animae morte
animae longe gravius ac peius malum e ꝯ quis aliquid huius
vitae ex quo infert navarrus cap. 27 manualis
nullo metu licere iis q sunt in triremibus turca
rum navigare ꝯ Christianos. q eqdem cum optimis aliis
doctoribus ego n credo donec Navarrus probet re
migare ꝯ Christianos ee intrinsece malum et prohibitum
iure naali negativo q puto aegre faciet.

Dico 2do licere interdum propter metum omittere id
q precipitur precepto naali affirmativo ut honorare pure
tes colere Deum &c. rao e qa omittere id q his
preceptis precipitur n e ex se malum ꝯ supra diximus
causam ee ex illa precepta semper qdem obligent hoc
e caeteris paribus n. a. ad semper q si ego contingat
ut eo tempore quo deberent impleri occurrat
aliqua gravis necessitas q eorum observationem

impediat cessabit certe obligatio quod hoc tem
pore. Demum cum his preceptis iubeamur aliquid agere
non est verisimile quod precipiamur operari cum tanta diffi
cultate ut operari nos possimus in preceptis ne-
gativis negativis non est idem quia nihil iubemur in
illis exercere sed tantum ab actione abstinere et sae-
pe potest fieri ut unum preceptum naturale cum alio con
currat quo si tunc utrumque servari nequit necessa
rio cessabit obligatio unius ex quo solvitur illud ex
mulier aliqua cui infertur vis ad coitum non potest
unquam consentire quocumque cruciatu proposito. non autem potest
non clamare primum non ideo est quia consentire est contra preceptum
negativum quod ad semper obligat non clamare autem contra affir
mativum quod non ad semper obligat ~~non clamare~~.

Quaest. 50 An careat culpa quod propter metum
vel facit aliquid quod vel iure divino et humano
est prohibitum vel contra omittit aliquid quod iisdem iu-
ribus est imperatum.

Licere interdum agere propter metum quod prohibentur
preceptis negativis iuris positivi et contra omittere
quod precipiuntur preceptis affirmativis sive sint iuris di
vini, sive humani ita melior schola theologorum ratio
est quia omissiones earum rerum quae iis preceptis prohibentur
et actiones quae precipiuntur non sunt intrinsece malae
sed tantum malae quia prohibitae a legislatore hic autem
plurimum non valet obligare subditos suos cum gra
vi eorum damno et periculo sic David 1o Regum

cap. 21. panes comedit pro positionibus cum suis ne fame
periret quia tamen laicis divino iure erant prohibiti. Item
Matathias pugnavit in hostes in sabbatho Judaei.
interrupererunt circumcisionem totis quadraginta annis
quibus per desertum peregrinati sunt ne ob mortis periculum
et dolores vulnerum in tam delicata parte in via retarda-
rentur Levitici 14 et Deutroconii 28 notandum tamen
hic est huiusmodi transgressiones propter metum non debere cedere
in contemptum legis aut fidei nec parere scandalum, tunc
non transgressio horum preceptorum est intrinsece mala, ac proinde
ut sic nunquam licita ut recte advertit D. Tho: et cum ipso
Caietanus in 2da 2dae q. 125 Domi. Soto libro 2 de
iustitia et iure q. 6 a. 4. petes quantum debeat esse
damnum et periculum ut horum preceptorum obligatio cesset
Quod debere esse magnum et magnam probabilitatem illud
incurrendi quale damnum est evidens mors vel ingentes
cruciatus corporis. 2do infamia quae si deferretur ad iudicem
magnum sequeretur incommodum. 3tio amissio bonorum sine
quibus vita liberi uxor et familia honeste et iuxta
decentiam status sustentari nequit. In particulari vero
aliquid certius statuere perdifficile est. id non pendet ex
multis circumstantiis quae in quovis casu particulari
et individuo occurrunt. Ad extremum addo ~~[illegible]~~ quod docui
intelligendum esse ut plurimum seu ordinariam et communiter
ferre legem aliquam quae obliget et cum periculo vitae quod quidem
ex materia, fine, intentione legislatoris mentiendum est ut
dicam fusius in materia de legibus.

qua. 51 ~ ffn id q ex metu fit sit volūtariū

R. coiter Theologi sequti Aristotelē lib. 2° Ethico. cap. 2. cē ptim voluntariū ptim involuntariū Aristotelis exemplū ē cum qs in periculo naufragii gstitutus iactat merces in mare ut seipsum salvet: aut cum mator offert nummos suos latroni volenti ipsum interficere hic inqt Aristo: piectio ptim ē voluntaria ptim involuntaria magis tn voluntaria involuntaria a. tm rdūm qd qa q magis sit voluntaria patet qa opans libre eligit hoc mediū id a. q eligitur semp et universaliter ē magis voluntariū rdūm a. scilicet q sit involuntaria ex parte gstat qa nec mercator piecisset merces nec peregrinus pecunias nisi periculū vitae hoc exforsisset ita Aristoteles Theologi et S. Tho: sic loquuntur piectio mercis ē absolute et simpliciter voluntaria involuntaria in exoditione seu rdūm qd haec de medio.

qua. 52 ffn affectiones et pturbationes animi ut ira, cupiditas, spes, amor, desideriū, voluptas et similes affectus minuant vel omnino et tollant rōem pcti.

Multum facit haec difficultas ad intelligendū an ea q ex naā vel animi infirmitate fiunt minus mala sint ac pinde et iustius veniam ac misericordiam mereantur. Vocamus a. hic passiones inordinatos motus appetitus seu concupiscibilis seu irascibilis quos oēs tribus illis quos S. Joannes prima sua Epistola cap. 2 ito recenset concupiscentia carnis oculorū et superbia vitae

comprehendi omnium a fontem et originem eo suiusmodi amo-
rem ~~[illegible]~~ docet D. Thomas 1a ida q. 77. a. 8.
Iam ad propositum respondet D. Thomas l. iam citato
a. 3o et 7. et q. 6ta a. 7o. cum distinctione vel n. ira
cupiditas exc. antecedunt voluntatem vel eam consequun-
tur si primum ~~tunc~~ tunc pcta q fiunt ex his animi
passionibus sunt minus voluntaria et consequenter mi-
nuunt et pctm si vero ~~sequatur~~ dicatur idem tunc pcta ex his
passionibus perfecta cum minus voluntaria non sint quia si fie-
rent sine animi passionibus non erunt et ~~[illegible]~~ leviora in-
consequenter hae passiones non tm minuunt nec excusant
sed illud potius vehementer augent ostendunt n. quo-
ta sit inclinatio voluntatis ad pctm. itaque quo quis
magis ardet v. g. libidine vel fervet ira vel exstuat
desiderio eo semper pcat gravius et quidem haec stia
omnino verissima o negare n. nemo pt qn ea q fiunt
ex his affectibus tanquam ex caa sine qua alias non fie-
rent sint minus voluntaria et consequenter ira amor
cupiditas exc. aliqua ex parte voluntarium minuent
hoc mo q virginis vel alicuius foeminae forma et pulchri-
tudine illectus de ea morose delectatur eamque concupiscit
minus pcat quam q brutum concupiscit. Idem dico q pcat spe
amplissimae mercedis quam q sine ulla mercede flagitium
aliquod designat haec n. e vis irae spei voluptatis desiderii
cupiditatis et aliarum affectionum ut rationem saepe pre-
veniant eamque perturbent voluntatem ad se flectunt, ea
~~[illegible]~~ ligent et quasi trahant et haec pcta doctores

scholastici communiter vocant peccata infirmitatis humanae naturae quare cum non sit necessario debent aliquo modo minuere voluntarium et per consequens ipsam et culpam secus accidit ut diximus in his passionibus voluntatem consequentibus ex hac porro doctrina D. Tho: et Theologi duo recte colligunt. primum est peccata ex dictis affectibus perfecta ob assignatam iam rationem eo ex parte venia et misericordia digna ut pote leviora ac proinde quoque supplicio maletanda. secundum est si quis in iisdem affectionibus animi aliquid vel voto promiserit vel iuramento firmaverit facilius dicere principem vel superiorem votum relaxare et a iuramento absolvere ob dictam causam

Classis octava.

De peccato mortali et veniali

Ex hactenus disputatis non obscure colligitur. p. m. penitus alienari ab eo et mereri aeternam poenam veniale vero tam retardare expeditum et familiarem usum ac veluti congressum cum Deo et poena temporali Purpurii difficillimum interim est discernere et definire in specie quae peccata mortalia quae venialia sint in quo quidem cum bona pars muneris et scientiae confessarii versetur id hic primo diligenter discutiendum est.

Quae sunt quaenam sint notae et regulae ad discernendum peccatum mortale a veniali

Apud s. patres et Doctores tres nobiliores regulas inter utrumque deprehendo. prima ex sacris scripturis colliguntur et

quidam dupliciter primo quod cunque illis abominanda, ex-
cranda, Deo odiosa, digna morte, causa mortis aut morte
inferre à coelo excludere aeternam vel ~~tam~~ corpora-
lem mortem mereri dicuntur, ea peccata mortalia sunt existi-
manda ~~[illegible]~~ eiusmodi sunt opera carnis recensita ab Apostolo:
ad Galatas 5. ad Roma: 5. Ezechielis decimo ~~quinto~~ octavo. ~~[illegible]~~ quia mul-
ta peccata numerantur in scriptura ex quibus aliqua tantum nomi-
natim morte digna dicuntur quedam a. nominantur quidem
sed a poena aliorum excluduntur ~~[illegible]~~ eo hoc ipso ab illis
separari ~~[illegible]~~ et censenda proinde tantum venialia. Explico
hanc regulam ex cap. 5. ad Ephesios ubi D. Paulus. For-
nicatio a. inquit et omnis immunditia et avaritia nec
nominentur in vobis sicut decet sanctos aut turpitudo
aut stultiloquium aut scurrilitas quae ad rem non pertinent hoc n. sci tote
intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus
non habet haereditatem in regno Christi et Dei cum ergo S.
Paulus 6. peccata enumerasset tantum de prioribus 3bus expresse
dicit ea excludi a coelo ut hoc ipso intelligeretur
esse leviora hoc est ex se seu suo genere..
Ista regula quae secundum Ecclesiae traditionem et com-
doctorum consensu, communi et piorum hominum existimatione
habentur pro mortalibus, aut venialibus ea pro talibus
habenda sunt. n. n. fas est credere in re adeo pe-
riculosa spiritum sanctum permittere ut pia et docta communitas
aberret multo minus Ecclesia.

Tertia regula petenda ~~[illegible]~~ est ex ipso lumine
rationis quae ergo directe et graviter repugnant charitati

Dei aut proximi vel quam ipsis et nobis debe-
mus ea consentire mortalia q. u. n. quidem omnino sunt
consentanea et exorbitant a lege sed tamen non ita gra-
viter ut charitatem enormiter laedunt quia Deo
quia proximo quia nobis ipsis debemus ea tamen ~~simpli-~~ sequen-
~~ter~~ censenda sunt venialia.

Qua ~~et~~ qui nam modi reducantur ad primam et
eadem regulam.

D. D. corradunt plurimos modos sed meo iudicio
vere inutili opera. quare sistamus in tribus iam
expositis quos tradit Andreas de Vega et probat libro
14 de iustificatione hominis cap. 12. alii. n. modi omnes
commodissime revocantur ad unam ex his tribus regulis ma-
xime ad tertiam ad pleniorem tamen dictorum intelligen-
tiam.

Adverte primo primam regulam applicari et pro
legibus decretis et ~~diplomatibus~~ diplomatibus bullis et Apostolicis
Caesarum regum principum etc. quia cum ad mortale peccatum
obligent non est hic proprius laus illud discutiendi sed di-
cemus de hoc in 2da 2da de legibus circa questionem 18 D.
Thomae.

Adverte 2do circa 2dam regulam de ea ~~nec~~ nec ex
Theologis et canonistis ~~dubitare~~ dubitare in hoc n. et similibus opti-
ma legum interpres est et habetur consuetudo et tr. cap.
cum dilectus de Consti: sive hoc postea proveniat ex vi legis
naturae quae dictat partes debere simpliciter obedire
voluntati civitatis sive quia legis latores vel expresse
vel tacite voluntatem suam subditis intimant.
Sed quaeres quid faciendum erit cum doctorum vel piorum

mens et sententia saepe n. et ipsi dissentiunt in=
uicem, nec possunt conuenire q in grauissimis et re
bus saepissime et ss patribus olim scimus contigisse
ut clarum e iis q ipsorum scripta uersant. R tunc
securiorem partem ee eligendam ut alibi docebo. solent
a conscientia ~~timorata~~ timorata et in uia Dei time
re ~~[illegible]~~ culpam ubi culpa n e ut dr ex Gregorio in Cle
mentina exiui. ff. qa uero de ubo rum significatio
ne et hoc in coi licet in specie certis qbusdam hoibus
ut uehementer scrupulosis aliud aliquando sit consulen
dum nimirum ut laxiorem sequanto sententiam tanqz
illis securiore ~~[illegible]~~ ut ~~adhuc~~ adhuc in progressu dicemus
maxime in sequenti classe de ~~consequentia~~ conscientia q si qs de
tutiori uia dubitet n e tutius medium quam consulere
doctum aliquem et pium uirum maxime uero peritum confessa
rium et maxime illius stare consilio

Qua. 55. Circa tertiam regulam. quidnam
id proprie sit quando dr directe repugna
re charitati

R nihil aliud eo qz aliqd eo plusmodi ut recta et pru
dens ratio dictet sci impossibile ee q hic actus q hic et
nunc fit poit fieri ab amante Deo seu charitatem eius
habente q igitur uult iudicare de aliquo facto uel n facto
an directe repugnet charitati Dei duo dt considerare primo
ipsum amorem Dei q qdem dt ee summus appreciatiue ut
supra statuimus ita ut ~~[illegible]~~ nihil plurius uel maioris existi
metur ~~[illegible]~~ ideo dt iudicare ipsum factum uel n factum cum
oibus circumstantiis, nequaquam poe consistere cum amore
mandatis. quod si quaras qn poit sine affectu ratio sic

iudicare ne seipsum decipiat et erret. Respondeo
diligenter seruandum esse hoc documentum ut cum iudicium feren
dum vel dandum de peccato alterius iudicemus tanquam
esset nostrum et cum de nostro iudicamus tanquam de alieno
quo sane modo Natam prophetam 2do lib. Regum induxit
Dauidem in agnitionem grauissimi sui sceleris et peccati
Quaeres ulterius quot modis directe peccata repug
nent charitati. Respondeo duobus modis sicut enim gladius sua natura
talis est ut nullum corpus etiam leuiter impactus graviter
tamen vulneret virga tamen aliqua non vulneret nisi valentibus viribus
impingatur ita quedam peccata mortalia ratione sua propria eodem
et obiectum talia sunt ut graviter laedant charitatem ut est
Vg. contemptus dei blasphemia etc. quae iam laedunt charitatem
ex modo potius committendi aut circa hoc vel illud
obiectum versandi.
Ex quo natum est illud discrimen quod quedam peccata ex suo ge
nere dicuntur mortalia ut Vg. furtum superbia luxuria
etc. quedam quae dicuntur venialia ex suo genere ut est
verbum otiosum. mendacium iocosum. verbum domesticum. etc. Rursus
quedam peccata sunt mortalia quae licet non sint circa
grauem materiam ob modum tamen agendi vel circumstantias
habentur et sunt mortalia talia sunt Vg. contemptus
contemptus in peccato veniali quedam deinde sunt venialia etsi in graui
materia versentur propter imperfectionem operis quae quidem imperfectio
dupliciter accidit primo surreptione quales sunt
motus subiti vel ex parvitate materiae ut si quis obulum
vel nummum furaretur.
His ad cognitionem p. m. et n. factorum expositis facile
est iudicare de modis quibusdam doctorum loquendi et dicendi

quendi mortalia à venialibus ut cum alii dicunt
peccatum m. avertere omnino ab ultimo fine s. Deo
venialia u. tm privare perfectione aliqua necessaria
tanquam medio ad ultimum finem sine mora consequendam
Secundo cum alii dicunt mortalia esse quae venialia u. praeter
mandata Dei (quod tamen modus loquendi quo ad venialia etsi
non inusitatus sit apud Doctores revera nunquam misi pla
cuit). quod ipsi similitudine circuli applicant si quis in
ipsa peripheria immoratur non dicetur recta via ad centrum
neque et quod centrum sed praeter ita inquiunt quod peccant mortaliter
quod mandatum praegrediuntur quae u. leviter et venialiter praeter
mandatum eunt sed ut dixi modus hic loquendi non debet communiter
usurpari et ut quoquo modo consulamus istis doctoribus
possumus dicere illos verbis tm ab aliis dissentire debet non
nobis certum esse in bona et vera Theologia illud
PRETER significare et errorem à mandato licet levem
ut recte notavit Azor ex melioribus. DD. li. 4. t. 2 c. 8. q. 3.
Tertio cum alii dicunt p. m. includere amorem crea
turae quo magis ipsa amatur quam Deus venialia u. quod
quarto cum alii dicunt p. m. esse irreparabile ex se veniale
u. reparabile id non est quia p. m. tollit gratiam quae est vi
ta animae et ideo relinquit peccatorem tanquam mortuum
quod nullum habet principium intrinsecum quo se convertat ad suum
Creatorem sed expectare debet usque dum misericorditer
moveatur et excitetur per gratiam sibi aliquo nullo modo de
vitam, et deinde peccatum illi mortale deleatur sicuti
homo mortuus corpore expectare debet misericordiam Dei
donec ad vitam corporis revocetur peccatum u. veniale
non tollit gratiam seu spiritualem animae vitam sed eam

tm mortificat, et quasi langueficit.

~~quae sg~~ De modis qbg. p. u. pt fieri mortale.

De his modis docte disputat Jo: Spor t. 7. suarum insti. moralium. l. 4. cap. 9. q. 9. 10. u.

quae 56. sta p. u. fiat mortale qn in eo constituitur ultimus finis.

R. affirmative id. a. tunc fit qn aliqs ita afficitur ad illud obiectum circa q peccat ut malit averti a Deo qz ab illo abstinere ut si. V. g. invenis yspiu vel virgo ita afficeretur erga superfluum ornatum vestium ut paratior esset relinquere Deum seu transgredi aliq preceptum eius atqz adeo peccare mortal. quam omittere cultum superfluum. Eodem modo q cum uxore propria solum voluptatis causa rem habet is peccat coder tm venialiter si a eam ita eam voluptatem quereret ut paratus esset illa explere etsi illa uxor sua n esset tunc omnium iudicio peccaret mortal. ex quo apparet sollicite allaborandum esse parocho ut in hac potissimum materia gingatos homines iuvet. Miror. a. ex Navarrus in manuali preludio. g. n. 19 neget id q diximus ultimum scilicet finem constitui tunc in aliqua re cum qs manuet averti a Deo et peccare mort. quam carere re illa. primo adversatur illi aliqs. s. Thomas maxime in prima 2dae. q. 88. a. 4. 2do n adfert aliam rationem cognoscendi qn nam constituatur in aliqua re ultimus finis. Tertio n citat ~~ultum~~ ultum authorem q nostram sententiam impugnet quae quidem quantum possum ex lectione doctorum colligere videtur esse omnium theologorum

quanqz suspicor Navarrum ex proprio moti sed sumpsisse
ex ~~[illegible]~~ sententia Adriani. Ideo rationes Navarri sunt
frivolae quibus ij ~~[illegible]~~ nos utitur primo. n. dicit seq
ex hac doctrina ~~atiq~~ aliquem bis peccare mort. semel
transgrediendo legem et ideo constituendo finem ultimum in
illare propter quam preceptum transgreditur. Hoc. a. ratio
levissima est et indigna theologo qa haec duo inseparabiliter
coniuncta sunt transgredi scilicet legem mortaliter
et constituere ultimum finem in creatura. Ideo dicit multos
peccare mortaliter qui nesciunt se in aliqua re ultimum
finem constituere quasi. n. id necesse esset satis. n. est ut
supra diximus qui ex sua natura talis vel talis actus fini
ultimo repugnet saepe. n. aliqs peccando mortaliter
determinate non cognoscit in quo natura peccando finem ultimum
constituat ut v. g. cum qs propter socium peccat mortaliter
videtur. n. in socio constituere ultimum finem cum tamen revera
illum ipsum an sei ipso constituat quippe peccatum commissurus
non fuisset nisi ipse et voluptatem aliquam indesperasset. maneat ergo tanqz certissimum ij Navarrum
tiescunqz aliqs mort. peccat toties finem ultimum in
aliqua creatura constituat sive id postea agnoscat sive non
Ex hac doctrina cuperem notari morale illud preceptum
in humanis actionibus et peccatis ipsis diligentissime examinandas esse intentiones et finem operantis. Revera n.
saepissime contingit enormiter et gravissime nos peccare
ubi vix leve aut et nullum peccatum subesse putamus. Quam
multi. n. sunt qui in querendis aucupandisqz honoribus
sibi persuadent se ultimum finem in Deo constituere seqz
Dei gloriam querere quam si pectus suum diligentius

foderent et exuterent certe inuenirent
se ita paratos ad honores recipiendos ut mallent
deum offendere et peccare mortaliter quam carere illis

Quaest. 57 An peccatum ex suo genere ueniale fiat mor
tale quando ordinatur ad p. m.

R. affirmatiue sic si quis per q. iocosum verbum aut men
dacium dicat ut solicet aliquem ad fornicationem Ratio
huius est certissima, communissima regula illa, cuius finis
malus est et ipsum malum est et quidem eandem habet malitiam
quem habet finis habet et actus quod et quatenus refertur
ad illum finem sine contra illud Aristotelicum quod furatur ut
adulteretur magis adulter est quam fur sic ego dico quod
mentitur uenialiter ut defloret uirginem magis impu
dicus est quam mendax. Vide Nauarrum in cap. Commu
nister. n. 27 et trigesimo et in manuali. l. supra. c.

Quaest. 58 An fiat m. si quis id quod ex genere suo uere tantum
est u. putet esse mort. sed nihilominus illud quod
dictamen conscientiae committat

R. est tunc u. fieri m. nec de hoc est ullum dubium apud
quemquam et nititur haec conclusio non tantum communi authoritate
theologorum sed est sacrae scripturae ubi dicitur quod non est ex
fide s. (non est ex conscientia). peccatum est et multa ad hanc
rem ~~multa~~ notat Nauar. praeludio. q. n. q.

Quaest. 59. An peccatum ex se u. possit fieri m. ob contemptum

R. omnino uerum ut id intelligatur clarius explicandum
quale nam peccatum sit contemptus qua ex hoc pendet solutio
plurimarum difficultatum. Tria ergo hic querenda sunt

primo qd contemnatur in pcto contemptus. 2do q sint
modi contemnendi 3. ex qbus capitibus ~~[illegible]~~ aestimanda
sit gravitas ~~et levitas~~ levitas contemptus sit quo
dubium primum q sint illa q aliqs q ex contemptu
pcat solet aut pt contemnere. R. ee varia: interdum
n. contemnitur legislator, superior consultor q iubet aut
consulit aliqd fieri vel n fieri. 2do contemnitur aliquando
lex consilium, vel regula vel eius caa. 3tio. contemnitur
aliquando id quod annexum pcepto, vel regulae vel consi-
lio et eius observationi vel violationi ut o p. g. pmium
poena, ~~to~~ nocumentum scandalum proximi &c.
2dm dubium q sint modi contemnendi R. et hos eo
varios n estimando aut magni faciendo, aut honorando
mere negative, sic dr contemnere magistratum q illi
nullum honorem exhibet, et e pctm omissionis. 2do ali-
~~qs~~ quam iam dictis simul irreverentiam adiungendo
positive, sive illa ore, sive ope fiat, ut si doctor diceret
se n honorare magistratum q fere totus constet ex suto-
ribus et sartoribus, opificibus idiotis. 3. aliter res aesti-
mando quam deberet aestimari idqs signo aliquo in-
terno, vel aeterno declarando ut p. g. si qs absolute nihil tribuat
concil. divinis, vel p bis dicat illa parum sive momenti vel si qs
dicat n magni referre multa pcta veniali tre ae proinde
secure pcandu ee venialiter. plura Navar: in manual. c. 27
n. 3. et in commentario cap. tres sunt. de pnia c. n. 13.

Dubium 3tium. quam grave pctm sit contemptus ut hoc fun-
damentaliter tradere possimus quatuor sunt notanda. primum
q ex ~~pcta~~ contemptu pcavit sciverit illam re ee magni

aestimandā, aut scire debuerit, et quanti. Ex quo infertur
plerunque gravius peccare eum qui contemnit et peccat in
superiorem quam qui contemnit, et peccat in aliquā regulam
vel legem. Ratio est quia nemo ignorat aut ignorare debet
quanti aestimandus sit superior: de lege autem facilius dubitari
potest quia verba legis non semper reddunt apertam voluntatem legis
latoris ut pulchre discurrit Sylvester in verbo contemptus
Ideo considerandum est quanta obligatione aliquis sit obligatus ad
aestimandum honorandum exequendum vel vitandum id quod contem
nit si non tenetur gravi obligatione graviter si levi le-
viter peccat. Et quidem gravi obligatione scilicet ex genere suo
sub peccato mortali tenetur quis honorare et aestimare Deum:
Item eos qui eius personam sustinent, praecepta item, et
leges divinas. Item et humanas sive e divinis vitantur sive
alias valde iuvent, vel impediant publicam utilitatem aut
salutem proximi. Ex hoc capite graviter peccare possunt
saepe Religiosi qui non magni faciant perfectionem instituti sui
etsi non semper directe peccent in regulas. Item ex illis
qui licet sciat se suo facto scandali activi causam futuram
proximo, spreta eius salute, nihilominus id faciat ut si
mulier credens fore ut quis propter ornatum eius et nimis
muliebrem luxum sit mortaliter quis peccaturus nihilominus
hoc modo sese exornet supra decentiam sui status. Tertio
considerandum est quanta obligatione debuerit quis vitare
illud quod signum est et indicium contemptus etiam exempli causa
secularis quispiam non tenetur tam magna obligatione aesti
mare et honorare superiorem meae religionis sicut
ego teneor, tenetur tamen alia et etiam gravi obligatione nulla
eum afficere iniuria ut irridere etc. Quarto considerandum
est quantum ille contemptus aut nocuerit aut saltem

quantum est ~~ex se~~ ex se nocere potuerit ei qui contemptus
est vel aliis quos contempsit si non multum tunc crescit sine dubio gravitas
peccati ut si quis contemnat superiorem ex quo deinde vel eius minuatur
apud alios authoritas vel saltem ipse contemptus ho vehe-
menter et merito contristetur inde. Itaque ut ad principium
redeamus patet ex dictis primo contemptum qui est causa peccati
ex genere suo est peccatum aliquando leve aliquando grave. 2do et
quidem multo magis si ad p. u. talis contemptus accedat, 3tio
quando aliquid ex ex genere suo est tantum veniale ut risus le-
vis verbum ociosum ex contemptu committitur tunc iudican-
dum de eius gravitate et levitate ex supradictis quanto
quando p. u. quidem est sed ex genere suo sed tantum propter im-
perfectionem operis accedente contemptu fore semper a peccatum
grave et periculum mortalis.

Obyciens videri ex dictis sequi quod omnes qui peccent venia-
liter peccent et mort. quia quicunque facit quod non debet
vel omittit id quod debet sine iusta causa ille hoc ipso vide-
tur facere ex contemptu. Resp. Assumi quidem plerumque in foro
externo eum qui peccat aut non observat aliquam regulam illam
contemnere sed tamen in foro conscientiae non debere censeri contem-
ptum nisi contemptus sit causa principalis peccati. Itaque qui via
cupiditate vel alio pravo affectu animi principaliter
peccat, non debet nec dici debet peccare ex contemptu, licet
revera aliquis interveniat hoc ipso scilicet quod non tanti fa-
cit legem quanti deberet merito modo tamen ille contemptus
non sit causa principalis omissionis actionis cuius est ut
dixi. ut tradit Ot. D. Tho. in 2. 2da. q. 186. ~~[illegible]~~ et

Nauar. l. c. supra. c. c.
Occurrit hic aliud adhuc dubium et sic in ordine qtam
utrum v. g. q peccat uenialiter ex consuetudine peccet
et ex contemptu. Angelus ~~[illegible]~~ vbi contemptus affirmat idem
ee. s. u. Thomas l. c. negat et Nauarrus. l. l. c. c.
addit consuetudinem quidem presumi in foro externo pro contemp-
tu in interno tamen minime. Vtraque sententia satis
est probabilis et meo iudicio conciliari inuicem possunt
intelligendo primam de consuetudine proprie dicta. 2dam
intelligendo de consuetudine improprie dicta quae est frequen-
tatio ~~et consuetudo~~ alicuius actus peccati. Et consuetudo quamuis non omnis consuetudo sit frequentatio
non tamen omnis frequentatio est consuetudo ut patet
in eo quem Aristoteles uocat incontinentem ~~[illegible]~~
qui frequenter quidem peccat nequaquam tamen ~~[illegible]~~ dicitur ex
consuetudine peccare qui in consuetudine est maior malitia
frequentatio ergo consuetudinem, consuetudo contemptum pa-
rit caput est ut quisque diligenter sibi caueat tum a
frequentatione peccatorum uenialium, tum maxime a con-
suetudine quae est contemptus quidam interpretatiuus, et apud
homines, et apud ei Deum. Certe Gratianus dist.
25. cap. Vnum horarium uersus Aliarum. expresse docet
ex s. Augustino ueniale peccatum per consuetudinem fieri mortale
licet eum aliter interpretetur conaruuias prima parte
relectionis sessione. 7a. in caput Alma mater de sententia
excommunicationis de quare plura uide apud summistas
in vbo contemptus, et vbo inobedientia
Quae. 59 Analogo adhuc modo ex peccato uenialis potest
fieri mortale.
Rx pone et solere hoc est fieri dispositiue, qua

tenus scilicet multa venialia disponunt ad mortale
et quatenus qui amat periculum perit in illo Ecclesiast.
33 et qui spernit modica, paulatim decidet Ecclesiast.
18 supple in graviora. Quod ergo scit et credit peccata venialia
disponere ad mortalia, contemnit. a. hoc periculum peccati mor
talis ille si periculum propinquum sit ex tali contemptum
graviter peccat. Ex quo apparet hunc modum a priori
licet alii DD. eum distinguant. quomodo a. veniale
disponat ad mort. explicat. D. Tho 12 dae q. 88. a. 3.
eatenus. n. disponit quatenus multitudo venialium a sue
~~fat~~ facit hominem ut non subiiciat se debito ordini. Ex
quo deinde facilime fit ut et ultimo ordini. s. di
vino repugnet et difficilime ei se subiiciat. Et
hactenus de modis quibus ex peccato veniali fit mortale.

Quaer. 60 An multa venialia simul sumpta possint consti
tuere unum mortale, ita ut cum ad certum numerum
perventum fuerit dici possit iam esse commissum p. m.
propter ~~multitudinem~~ accedentem numerum.

Famosissima haec, et decantatissima est haec questio apud
Scholasticos sed non licet nobis in illa morari, poterit
Joes Azor t. 1. lib. 4. c. 9. q. 12. et Rubrevitor
cum communi et recepta Theologorum sententia et s. Tho. l. c. a. 4.
venialia peccata in nullo prorsus numero et in numero
possunt aequare vel unicum p. m. vel ut loquamur cum s.
Tho. omnia peccata venialia totius mundi non possunt face
re unum p. m. probant id DD. communiter tum ex differen
tia quae est inter p. v. et m. ex natura rei, quod scilicet

illud hoem privet oi Justitia, et divina amici
tia, hoc vero minime: tum et diversitate poenitentia
p. n. lethale ex se ht reatum debitu poenae aeternae
n. a. tm reatu poenae temporalis verum q hanc
qstionem difficilem facit sunt variae sententiae
s. s. patrum, q in Edia matro videntur huic doctrinae ad
versari. Totus autem in hoc e. s. Aug. q ut ex. cae-
teri patres plerique oes de venialibus dicunt q sin-
gula qdem seorsim sumpta nos n gterant tn multa
simul giesta nos veluti acervo obruant. Sicuti inqnt
multae guttae aquae flumen implent, quarum singulae nisi
possunt, et multa grana, massam faciunt &c. et multae
minutiones arenerae navem mergunt. Verum haec et
similia semp intelligenda sunt de dispositione ad
p. m. q acqritur peando venialiter ut diximus.
Solent hic D. D. enumerare multa nocumenta pctorum u.
et m. sed haec trita nimis, vide. Franciscum. Lopez 1a
parte instructorii c. 1do. et fusissime s. Antoninum prima
parte. titulo. cap. 2. 3. 4. et Bintzfeldium pag. 188.
Alii qdam texunt et hic longum Cathalogum eorum pctorum
q ex suo gre sunt. n. et de eorundem remediis ut
Bintz. l. c. et Azor et l. c. q. 7. et 8. Item quot
modis pcta venialia deleantur certe haec faciliora sunt
quam ut in illis tempus gteramus.
Classis 8. De poena pcti mortalis et venia
lis
plurima, q de reatu ad poenam disputari solent a

doctoribus difficilia n̄ sunt difficiliora ḡo et magis
contiatia hic breviter nos pstringemus. Et mitto
hic innumeros pene errores haeretiorum circa hanc
maam nam hi ad controversistas spectant, et fusè illos
recenset et refutat Cardinalis Berlemin. lib.
2. de purgatorio. Alphonsus Vbo infernus
et Vbo Beatitudo.

Quae. 62. quotuplex poena debeatur pcto mort.
Dicendum ē ex cōi ortodoxorum sta duplicem poe-
nā respondere cuivis pcto lethali. poenā scilicet
damni et sensus. prior colligitur ex iis scripturae
locis in qbus excluditur ḡo a Regno coelorum primo. Corin-
thiorum 6. Iniq regnum Dei n̄ possidebunt Mathaei 25. Fatuae
virgines relinquuntur foris &c. poenam sensus colli-
gitur ex illis locis. qbus damnati in Inferno dicuntur
Torqueri et cruciari igne, glacie, stridore dentium
Mathae. 13. 23. 35. Marci. 9. Iois. 5. Isaiae. ultimo coe
Corinthiorum Apocalipsis 14. utriusq̄ a. poenae
rōem affert. D. Thomas. q. 6. a. 3. de sumptam ex
D. Gregorio lib. 4. dialogorum. cap. 14. et ē haec: In
oī pcto duo sunt primum aversio à Deo, 2dum conversio
ad creaturas ḡo duplex dt et respondere poena
aversioni qdē poena damni conversioni poena sensus.
quatenus n. pcator voluntarie se avertit à Deo, me-
retur privari visione, et amicitiae eiusdē: quatenus
a. se convertit ad creaturas q̄rendo ex illis gloriam
voluptatē et delectationē meretur ut quantum se

q̄ roem glorificauit ~~[illegible]~~ et delectationibus carnis et ~~[illegible]~~ sese implicuit tm̄ ēt dex illi in tormentis, ut dr̄ Apocalipsis 18

Qua. 62 An poena damni et sensus sit ꝑpetua.

R̄ ēe ē de fide. marci 9. Ite in ignē aeternū. Isaia ultimo. Vermis q̄ torquet damnatos dr̄ nunq̄ moriturus. Apocalipsis 20. Danielis. 12. et alibi et sancitū ē. 6ta synodo actione ~~[illegible]~~ 11. in concilio lateranensi cap. firmiter. in titulo de sūma trinitate et in Trident. sess. 6. cap. 14 et 15. Ita ēt oēs s.s. patres et scholastici

Obiicies si hoc ita ē tunc poena ꝑ pcto et pctm ipsū erunt ualde improportionata poena n̄ erit multo grauior quā culpa mereatur. constat. n. oē pctm finiri tempore. inter tempus ta et aeternitatē nulla ē ꝓportio, et finiti ad infinitum nulla ē ꝓportio ut inqt Arist. lib. 4to. physicorum.

R̄ hac duo ēē ꝓportionatissima primo qa his q̄ pccat mortaliter et moritur in illo pcto quantum in se ē uoluit ꝑpetuo pcare. cum uoluntate pcandi nunq̄ retractauerit quousq̄ a. manet uoluntas pcandi dr̄ ēt manere poena ꝑ pcto debita qa ipsa uoluntas pcandi pctm ē et qdē sola ut supra diximus. go cum ii qi moriuntur in p.m. uoluntarie se constituant in tali statu ut n̄ possint amplius ꝑuersā suam uoluntatē mutare requirit Iustissimum Dei iudicium ut ꝑpetua ēēt comitetur poena. ido cum ~~[illegible]~~ p.m. sit q̄ Deum infinita bonitatis et dignitatis ht̄ ēt aliquā

ex se aliquā infinitatē ḡo et poena illi debita, dt̄ hre infinitatem saltē extensivam hoc ē ꝑpetuo durantem

Quæ. 63 An poena damni sit in oibꝫ omnino damnatis æqualis

Quidam aiunt, quidā negant mihi videtur eo q̄stio de nomine. Sentio .n. poenā damni ꝑ ut dicit solam privationē visionis beatificæ eo oibꝫ æqualē ꝑrout tn̄ ad poenam damni spectat tristitia illa q̄ sumitur ex eo q̄ damnati vident se ēe privatos visione Dei ob sua ~~merita~~ scelera et flagitia q̄ ē in damnatis inæqualis, erit ēt poena damni inæqualis. Hinc fit ut pueri q̄ decedunt sine baptismo nequaq̄ sentiant tantam tristitiā ex carentia visionis beatæ eo q̄ nullo ꝑprio seu ꝑsonali pcto amiserint, quantā sentiunt alii q̄ ꝑpriis sceleribꝫ æterna gloria exciderunt

Quæ. 64 quæ poena debeatur pcto venial.

Certū hic ē primo ~~eo~~ apud oēs pcto venialia dre aliquā poenam ēt minimo, q̄ quidem exsoluenda ē vel in hac vel in altera vita q̄a Justitia Dei n̄ patitur ut ullum noalū maneat impunitum Lucæ. 12. Apocalipsis 21. Ido certū ē pctm veniale impedire ad tempꝫ consequtionē felicitatis æternæ sive id quoniam ipsi ex ꝑpria naa q̄a scilicet ut fuit aliquo mō ꝯ Deū ita ēt ~~privatur~~ mereatur aliquo mō privari Deo. sive id sit rōe subiecti .s. hois pcantis venialiter q̄ cū pcto

veniali sit inquinatus ubi nullae sordes intrare possunt
sine: sive demum aliunde.
His positis dico primo pcto veniali per se dri
poenam tm temporalē patet primo Matthaei. 5.
ubi n̄ p quovis pcto dr qs reus gehennae ideo de
eo q̄ hl tm pcta venialia dr prima Corinth. 3tio
ipse qdē salvus erit sic tn quasi p ignē salvus n̄ fo dt si pcto
veniali deberetur poena aeterna qa deberet p petuo
cruciari et nunqz liberari. 3tio probatur rōe pcta
venialia n̄ tollunt dei amicitiam go nec dnt effi
cere ut qs n̄ pnt videre deū qtn fieret si
poenam aeternam mereretur.
Dico 2do si qs decedat ex hac vita cum pcto. m.
et consequenter p petuo damnetur et simul et decedat cū
uno vel pluribus venialibus tunc et propter hoc ipsum unicum
pctm veniale passurū illum ignē aeternum probatur
primo qa voluntarie pcanti culpa n̄ remittitur nī
de ea q pcavit poeniteat atqui damnatus n̄ pt amplius
poenitere de culpa veniali Cum n̄ sit amplius in
via sed in termino go n̄ pt illi remitti hac
culpa venialis. hac. a. n̄ remissa dt puniri go cū
p petuo n̄ remittatur p petuo dt puniri. 2do culpa
nulla nec mortalis nec venialis remittitur nisi
p Chrum et eius merita q ē de fide Actorum 4
Non ē aliud nomen sub coelo datū hoibus in quo
oporteat nos salvos fieri. et prima Jois. 2 ipse ē propi
tiatio pro pctis nostris. sed merita Chri n̄ pnt dam
nato applicari, cum ipse sit extra viam in statu go
dt p petuo ardere

quae ultimum quam poenam sustineant infantes, quantum vel in utero matris, vel iam nati susceptionem baptismi

Libenter eq dem disputassem hic de pcto originali de quo diuus in 3a 2dae q. 81. Verum cum una ex parte haec res nimis scholastica sit, et ex altera parte cogat nos tempus alio festinare et vero et admodum ist haec cognitio ad mores et praxim faciat, consulto eam praetermittimus tm go leuiter examinabimus quaedam de infantium poena qui cum pcto originali decedunt eo duntaxat fine ut pastores animarum inde occasione prelata arripiant tanto diligentius monendi parentes ut valde solliciti sint in infantibus mature ad baptismum deferendis. quare de re proposita dico probabilissimum esse, dictos infantes non passuros ab igne communis Theologorum: 2do quia scriptura ubique docet poenam sensus infligi tm ob pcta actualia ad Rom: 2do. et 14. 2dae Corinth: 5. quisque referet prout gessit in corpore. Apocalipsis 18. quantum fuit in deliciis tm datur illi in formentis. Ideo idem docent omnes patres D. Bernardus Epist. 191 Ambrosius in cap. 5. Augusti lib. 5. contra Julianum cap. 8. ubi ait se non audere definire quae, quanta, et qualis sit poena istorum puerorum. non esset a difficile definire si punirentur poena sensus. 4to quia non videtur convenire misericordiae Dei, quae punit pctm citra condignum ut quae propria voluntate non peccant (huiusmodi sunt infantes) perpetuo igne cruciantur. ob quod hoc asserunt dicuntur tortores puerorum ut erat Gregorius Areminensis quaeres primo. tristabuntur ne si infantes qui sint privati visione Dei. Rx nullum esse dubium. nam haec est formalis

damnatis omnium reprobor̄ et ōnē poenā sensus incompara
biliter maior verū interimo in his infantibus tristitiam
hanc multo fore leviorem q̄z q damnati sunt ex propriis
demeritis cuius Rao ē qa quo maior minorve ē culpa
huius privationis ad maior minorve ē tristitia in in
fantibus .u. his haec privatio ē ob minimā culpam ip
sorum scilicet obsolam originalē q̄ omnium minime vo
luntaria ē 2do qa quanto minus cognoscitur bonum
q amittitur, et minori culpa amittitur et scitur perfectius
acqri n̄ potuisse tanto minorē eam tristiam hi .a. in
fantes nesciunt qualis detfutura gloria, n̄i confuse et
obscure sciunt ēt se n̄ potuisse illam acqrere sciunt
ēt se n̄ amisisse ob suā negligentiam. tristabuntur ēt
tn qa fieri n̄ pt ut hi infantes cognoscant se amisisse
felicitatem in Adamo, et de hoc n̄ tristentur. Cognoscent
id .a. vel qa ab aliis id cognoscent, vel saltem scient
in die Judicii, cui ēt intererunt teste .s. Gregorio
9 moralium cap. 12. et satis colligitur ex. ad Rom. 14.
stabunt oēs ante tribunal &c. Nec ē verisimile q
aliq putant infantes hos ēt si affuturi sint n̄ auditu
ros qd in eo Judicio dicatur tum qa Apocalipsis primo
dr chrū visum iri ab oībus, tum qa reg dt audire sen
tentiam Judicis. q̄res 2do ubi erunt isti infantes post
diem Judicii. Aliq dicunt ipsos futuros in igne inferni
sed nihil ab illo passuros ita opinatur .s. Bonaventura.
Richardus. Scotus. Durandus Alii putant q erunt in
loco subterraneo. Ita D. Tho. in 4to dist. q̄z a. 3. Alii

dicunt futuros supra terra, q futura sit quasi
christalus Ego in re tam incerta et tanta opinantiū
varietate vix habeo aliquid dicere crediderim tn n fu
turos post ~~diem~~ diem iudicii in superficie terra sed vel
in inferno, ita tn ut ab igne nihil lędantur vel certe
aliquo in loco superiori q dr ~~bog~~ limbus puerorū. ita pter
citatos doctores Habetur expressè de consecratione dist
4. cap. X ulla. movet. a me hac rao q a hi pueri n
dnt ee melioris conditionis quam fuerint saltem s. patres
ante adventū Chri quarū animae fuerunt in limbo Itē
q a scriptura passim docet post diem iudicii alium
locū pter coelū et infernū n futurū. cū go hi in
coelo ee n point qd incommodi e dicere hos mansuros
in inferno, sed n passuros.

Quaeres ultimo an et quas perfectiones habituri sint hi in
fantes post diem iudicii. Aliqui dicunt hos n tm nihil
passuros protegente eos Deo sed magnū et habituros gau-
dium, et qdem maius quam ho capere poit ex ullo gau
dio creaturarū, Item habituros cognitionē et naalem
multo maiorem qz habeant iam etiam optimi, et perspica-
cissimi philosophi Ita docet s. Tho: Scotus et Gabriel
10. dist 3. imo et habituros dilectionē Dei naale addunt
alii habituros, ~~alii~~ futuros in maxima ~~felicitate~~ felicitate haec recensere
potius, quam defendere velim qd n ex oibus hiis futurū
sit puto ego vix ulla alia via quā divinationis sciri
poe. illud oium consensu certū e habituros hos infantes

corpora incorruptibilia quicquid tamen de reliquum sit

Classis ultima de conscientia eiusque speciebus

Disputant de materia scholastici in 2do dist. 39.

Quaest. I. quid sit conscientia in genere sumpta

Rx conscientiam nihil esse aliud, quam actum rationis, quo ipsa homini praescribit quidnam agere, quid fugere debeat quid bonum, quid malum, quid fas, quidne fas sit. Ex hac descriptione collige primo conscientiam non residere in voluntate ut quidam Theologi volunt, sed in ratione. Ida ratio est quia conscientia non est nisi vis quaedam rationis, aeveluti scintilla quaedam recte perpetua a nobis factorum index, iudex, et vindex. 2do collige proprium munus, et officium conscientiae esse hortari, dehortari, suadere, stimulare, accusare, defendere, mordere, quidem morsus adeo homini dum vivit alte infixus haeret, ut nec vi, ulla, nec fraude nec et scelerum seu multitudinum gravitate extingui possit perpetuo enim lancinat hominem si male egerit. perpetuo tuetur si recte quod vel Ethnici agnoverunt. cuius vim ingeniosissime exaggeravit Cicero in oratione pro Tito.

Tertio colligo conscientiam esse actum non habitum, ut quidam docuerunt.

De speciebus conscientiae

